Ixi custodiam ñc. Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo. ad uictoriam ydithum psalmus dauid. Istis tamen nominibus ydithum ⁊ dauid premittitur littera lamech ad designandum quod est datiui casus. Ad intellectum autem huius tituli considerandum q. sicut dicitur primo paralip. uigesimoquinto dauid instituit cantores ad diuinas laudes ducentos .lxxxviij. qui per uices canerent diuinas laudes in templo. ⁊ in istis fecit tres principales cantores scilicet asaph eman ⁊ ydithum. fecit etiam psalmos ab istis decāri secundum quod habetur primo paralip decimosexto ⁊ primo esdre tercio. Est igī sensus h⁹ tituli. psalmus dauid ideſt sibi appropriatus tanquam auctori. ydithum. ideſt appropriatus cantoribus existentibus sibi ydithuz per eos decantandus. ad uictoriam ideſt cum quodam conatu inq̄ntum una pars cantorum nitebatur superare aliam. prout expositum fuit supra psalmo quarto. In translatione uero hieronimi iuxta hebraeum ponitur talis titulus. pro uictoria ydithum canticum dauid In bibliis autem nostris comuniter dicitur sic. In finem canticum dauid pro ydithum. Et in istis titulis eadem penitus ē sentencia sicut in titulo hebraico. ut patet ex dictis hic ⁊ supra psalmo quarto. per hunc igitur titulum apparet auctor psalmi. ⁊ per quos erat decantandus ⁊ modus cantandi. Sed materia non apparet propter quod de hoc uarie dicitur apud hebreos ⁊ latinos. Et obmissis multis propter prolixitatem uidam accipiam duos modos exponendi qui uidentur mihi magis littere propinqui. unus modus est quem prosequitur rabi salomon dicens q. dauid fecit hunc psalmum pro tribulationibus uenturis filijs israhel uel super populum israhel maxime tempore captiuitatis babilonice quam preuidit dauid in spiritu. Et ideo in hoc psalmo ostendit q. debeant eam pacienter sustinere cum deprecatione ad deum pro eius determinatione Et secundum hoc exponitur iste psalmus sic q. dauid loquebatur in persona populi captiuati dicens. Dixi custodiam uias meas ideſt cum diligentia me custodiam. ut non delinquam in lingua mea. quasi diceret. Ne aliquo modo murmurem de diuinis iudicijs quando permittit gentiles ⁊ ydolatras dominari ⁊ filios israhel pro peccatis suis ad tempus affligi ⁊ captiuari. posui ozi meo custodiam cum consisteret peccator. ideſt populus babilonic⁹ ydolatrie deditus. aduersum me. Cum enī populus israhel erat ibi in captiuitate insidiabantur babilonij aliquid rapere de ore eius ut possent eum accusare. propter qđ oportebat eum tunc maiorem custodiā ozi apponere. obmutui ⁊ humiliatus sum. coram babilonijs. Et filui a bonis. ideſt a lege diuina. ut dicit rabi salomon quia de ea non audebat loqui coram babilonijs. et dolor meus renouatus est. quia prius dolu erat de sua captiuitate ⁊ iterum de legis dei depressione. Concaluit cor meum intra me. quia ira est ascensio sanguinis circa cor. etiam illa que est per zelum qualis est ista. ⁊ sic causabat calorem intra. Locutus sum in lingua mea. ideſt tacite orando. Notum fac mihi domine finem meum. ideſt finem huius captiuitatis ut sic possim manifeste ⁊ publice promere uerba diuine laudis uel legis. Et numerum dierum meoꝝ quis est. ideſt dierum huius captiuitatis.

ut sciam quid desit mihi/ideſt quantum di
stet a redemptione huius captiuitatis. Et
pro accelaritione redemptiõis allegat bre
uitatem ute humane dicens/ Ecce mensu
rabiles/in hebreo habetur/ ecce palmos/
palmus autem est mensura breuis propter
q̃ hieronimus in translati one 'iuxta he/
breum dicit/ Ecce breues ⁊c̃/ idem signat
q̃ dicitur hic/ Ecce mensurabiles/ qa res
breuis est de facili mensurabilis/ posuisti
dies meos/quasi diceret'nisi cito termine/
tur in eo moriar ex quo ita breues sunt di
es mei/⁊ substantia mea tanq̃s nihil uz an
te te. quia illud q̃ est modicuz quasi nihil
reputatur. ideo subditur./ Ueruntamen
uniuersa uanitas omnis homo uiuens/ex
quo uita eius est ita breuis ⁊ sicut est par
ue durationis ita est parue cognitionis,
ideo subditur / Ueruntamen in ymagine
pertransit homo. In hebreo habetur i ob
scuritate ⁊ idem signat q̃ dicitur hic. In
ymagine quia illud q̃ tantum cognosci/
tur in sua ymagine cognoscitur imperfe
cte.⁊ sicut homo est parue cognitionis ita
⁊ frequenter inutilis ⁊ noxie solicitudinis
ideo subditur/ Sed ⁊ frustra conturbatur
idest uana solicitudine anxiatur cuius cau
sa subditur/ Thesaurizat/cum magna so/
licitudine/ Et ignorat cui congregabit ea
quia forsitan /cito morietur ⁊ thesaurus
suus ignotis relinquetur. ideo concludi/
tur q̃ solicitudo ⁊ spes hominis est ponẽ
da in deo cum dicitur/ Et nunc que est ex
pectatio mea nonne dominus/quasi dice/
ret sic/ Et substantia mea apud te est/⁊ ac
cipitur hic substantia pro diuitijs. Diui/
tie enim iustorum reseruantur apud deuz
secundum illud ysaie. lxiiij. Oculus non ui
dit nec auris ⁊c̃. ⁊ quia ex confidentia di
uina insurgit hõ ad deprecandum ipz deũ
ideo deprecando dicit/ Ab omnibus iniqui
tatibus meis erue me/ Non solum quan/
tum ad culpam sed etiam quantũ ad istius
captiuitatis penam. unde subditur/ Ob
probrium insipienti dedisti me/idest popu
lo babilonico ydolatrie dedito/ Obmu/
tui ⁊ non aperui os meum/ad respon/
dum contra illatum mihi obprobrium.
/Quoniam tu fecisti/ subiciendo me eius
seruituti. ideo subditur/ Amoue a me pla/
gas tuas/idest penas istas a te mihi infli
ctas quarum grauitas allegatur. cum sub
ditur/ A fortitudine manus tue/ i. punitõ
nis tue/ Ego defeci/quasi non potens uel
saltem cum difficultate sustinere. Et hic
terminat' uersus in hebreo ⁊ in translatõ
ne hieronimi/iuxta hebreum. ⁊ uersus se/
quens incipit cum dicit'/ In increpationi/
bus/idest duris punitionib'/propter iniq
tatem corripuisti hominem/ idest israhe/
lem q̃si diceret. Licet punitio tua sit dura
tamen est iusta/ Et tabescere fecisti si/
cut araneam/in hebreo ⁊ in translatione
hieronimi iuxta hebreum habetur sicut
tineam/animam eius/ idest uitam ei' red
didisti contemptibilem ⁊ conculcatam co/
ram babilonijs/ueruntamen uane contur
batur omnis homo/q̃si diceret. Licet iu/
ste posueris nos in captiuitate. tamen ba/
bilonij abutuntur nostra seruitute ⁊ con
tra nos prouocantur/ sine causa. ideo sub
ditur deprecatio de liberatione ab ea cuz
dicitur/ Exaudi orationem meam ⁊c̃/ Ne
silcas/idest ne dissimules audire te/ quoni
am aduena ego sum/in terra babilonis/a
pud te/quasi diceret. Tamen ibi colo te.
/⁊ peregrinus sicut omnes patres mei/sci
licet abrabaz ysaac ⁊ iacob peregrinati sũ
in tetra aliena. ut patet in genẽ. duodecimo
⁊ uigesimosexto./ Remitte mihi/ culpam
⁊ captiuitatem/ut refrigeret/per tuam co
solationem/prius quam abeam/de uita pre
senti per mortem/⁊ amplius non ero/scili
cet'in statu merendi. uel in statu quo pos
sim in regnũ iudee reuerti. Alio modo po
test exponi psalmus iste de ipso dauid. ita
q̃ fecerit ipsum positus in fuga a facie ab
solon filij sui. postq̃s audierat uituperia si
bi illata a semei. Sicut enim in persecutio
ne saulis fecit multos psalmos. ut ex di/
ctis supra patuit ⁊ infra adhuc patebit sic
de persecutione sibi mota ab absolon. Et
uidetur mihi q̃ hec expositio secunda est
magis rationalis ⁊ magis consona littere

q̃s precedens. Et secundum hoc psalmus
potest diuidi in tres partes. quia primo de
scribitur ipsius dauid pacientia. ⁊ secundo
eius confidentia ibi. Locutus sum. tercio
orationis instantia ibi. Exaudi orationez
meam. Circa primum dicit sic/ Dixi/idest
firmiter in corde meo proposui/custodiam
uias meas ut nõ delinquã in lingua mea/
murmurando contra deum de afflictione
mea/posui ori meo custodiam cum consiste/
ret peccator aduersum me/idest semei mi/
hi maledicens ⁊ lapides ⁊ terram contra
me proiciens. ut habetur secundo reg. xvj
/Obmutui/nihil respondendo sibi/ Et hu
miliatus sum/a bona eni humilatio erat
q̃ rex pacienter talia sustineret/ ⁊ silui a
bonis/ Iste enim semei erat dignus morte
propter crimen lese maiestatis. propter q̃
dixit abisai. Quare maledicit canis mor/
tuus domino meo regi uadam ⁊ amputa/
bo caput eius. Dauid autez non dedit sibi
licentiam sed magis prohibuit. Et sic silu
it a bono iusticie fiende. non tamen pecca
ut quia illa iniuria erat contra personaz
suam. Et sic poterat sine lesione iusticie
dimittere uindictam uel differre. ſz magis
meruit sustinendo pacienter ex humilita/
te. unde subditur ibidem. Dimitte euz ut
maledicat si forte respiciat dominus/affli
ctionem meam ⁊c̃. Ex duobus eniz bonis
unum est melius altero. unde dicit aposto/
lus prima ad chor. vi . Qui iungit uirgi
nem suam matrimonio benefacit. ⁊ qui nõ
iungit melius facit/ Et dolor meus reno/
uatus est/quia tunc recoluit in speciali de
malicia filij sui absolon dicens. Ecce filius
meus qui egressus est de utero meo q̃rit
animam meam quanto magis nunc filius
gemini de qua malicia ualde dolebat. unde
⁊ mortuo absolon in sua malicia dicebat se
cundo regum. xviij. quis mihi tribuat ut
ego moriar pro te fili mi absolon. lugens
eius damnationem sicut expositum fuit
ibidem/ Concaluit cor meum ⁊c̃/ ex carita
te enim quam habebat ad filium dolebat
de eius culpa magis quam de persecutiõe
ab eo contra se moto/ Locutus sum/ibi dic ⁊
sequenter describitur ipsius dauid confidẽ
tia. ⁊ primo describit humanum defectum
secũdo ex hoc concludit quod de solo deo
est confidendum ibi. Et nunc describendo
autem humanum defectũ. primo incipit a
se ipso dicens/ Locutus sum in lingua mea
te deprecando corde ⁊ ore/ Notũ fac mihi
domine finem meum/idest terminum per
secutionis in qua sum/⁊ numerum dierz meo
rum quis est/ idest quot diebus stabo in
ista tribulatione/ut sciam quid desit mihi
idest quantum oportebit me ulterius susti
nere quasi diceret. Cum difficultate possũ
ista sustinere. ⁊ ideo desidero finem scire.
/Ecce mensurabiles/idest breues. ut supra
expositum est/posuisti dies meos/iõ subdi
tur/ Et substantia mea/idest uita mea. ut
habetur in translatione hieronimi iuxta
hebreum/tanquam nihilum ante te. quia q̃
modicum est quasi nihil reputatur. secũdo
procedit ad ostendendum humanum defe
ctum generaliter dicens/ueruntamen uni
uersa uanitas omnis homo uiuens/ quia
omnis homo est ita breuis uite q̃ quicquid
contigit in ea debet reputari inane. ⁊ sicut
est modice durationis ita est pue cognitio
nis. ideo subditur. ueruntamen in ymagi
ne ⁊c̃. Et exponatur sicut de precedẽti ex
positione dictum est/ Et nunc/ibi/ dic ⁊
quenter concludit q̃ de solo deo est confi
dendum. ex quo defectus humane fragili
tatis tantus est. d./ Et nunc que est expe
ctatio mea ⁊c̃/⁊ exponat' sicut in expositõ
ne premissa ⁊ quia de solo deo est confidẽ
dum ideo conuertit se ad ipsum deprecan/
dum dicens / Ab omnibus iniquitatibus
meis erue me/non solum quantum ad cul
pam. sed'etiam quantum ad penam mihi a
te inflictam. que non solum erat dura sed
etiam ignominiosa. ideo subditur/ Obpro
brũ insipiẽti dedisti me/scilicet semei mi
hi maledicẽti. ut patet ex predictis/ obmu
tui/pacienter sustinendo. ut predictum est
/ Quoniã tu fecisti/unde dixit dauid secũ
do reg. xvi. Domin'. n. precepit ei ut ma
lediceret dauid. tamen peccauit semei hoc
faciendo quia iniq̃ uoluntate hoc faciebat.

Dominus enim aliquando malis hominibus utitur ad bonum ut diffusius fuit ibi dictum. Amoue a me plagas tuas. id est penas mihi iniuste afflictas. a quibus non possum liberari nisi per te. a fortitudine manus tue. id est punitiones tue. exponat sicut prius ibi. Corripuisti hominem. id est meipsum ex fragilitate humana peccantem. Et tabescere fecisti sicut araneaz animam eius. id est animam meaz uel personam reddidisti contemptibilem coram absolon z eius complicibus. Ueruntamen uane conturbatur omnis homo. scilicet de israhel. secundum q dicitur regum decimo quinto. Toto corde uniuersus israbel sequitur absolon. z isti uane conturbabuntur contra dauid quia non habebant causam iustam. tum quia non habuerunt intentum. sed magis confusionem. Exaudi. hic ultimo ponitur instantia orationis ipsius dauid cum dicitur. Exaudi orationez meam domine. per effectum liberationis mee. Auribus percipe lacrimas meas. fleuit. n dauid in illa persecutione. secundum q dicitur secundo regum decimoquinto. Dauid ascendebat cluuium oliuarum flens et opto capite z nudis pedibus incedens. ne fileas. desit ne tardes seu dissimules audire deprecationem meam. Quoniam aduena ego sum apud te z peregrinus. hoc dixit quia erat fugitiuus de sua ciuitate regia. Sicut omes patres mei. id est patriarche sancti. qui in terra aliena fuerunt aduene z peregrini. ut predictum est. Remitte mihi. scilicet adulterium cum bethsabee z homicidum urie. propter quod sciebat dauid persecutionem absolon euenire sibi. prout nathan prophetа sibi predixerat secundo regum duodecimo. hec dicit dominus. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua &c. Ut refrigerer. per tuaz consolationem. priusq abeam. de uita presenti p mortē z ap̄lius nō ero. scilicet in ista tu merendi. z propter hoc nunc est tempus remittendi. quia post mortem non fit peccati remissio. Aliter potest exponi ps iste de quolibet fideli existenti in afflictione temporali pro peccatis suis. z sustinet ea pacienter z confidens de diuina misericordia ipsam implorat deuote z instanter. Et consideratis predictis littera huius psalmi potest ad hoc de facili applicari.

In psalmo. xxxviij. Dixi. custodiam. ubi dicitur in postilla. Ad intellectum aūt huius tituli.

Additio.

X hoc titulo potest sumi argumentum pro opinione beati augustini dicentis q omnium psalmorum actor est dauid. Et ratio quare aliquando intitulantur filijs chore asaph z huiusmodi est quia approbriantur eis tanq̄ cantoribus quod patet manifeste in hoc psalmo. cuius auctor est dauid z tamen appropriatur ydithum tā quam cantori. z sic de alijs intelligendum est licet non ita exprimatur.

In eodem psalmo. xxxix. ubi dicitur i postilla. Accipiā duos modos exponēdi.

Additio.

Euter istorum modorum uidetur rationabilis seu consonus litere huius psalmi. modus. nra. salomon ñ consonat principio huius psalmi cum dicitur. Dixi custodiam &c. z posui ori meo custodiam &c. qd exponitur in persona populi existentis i captiuitate babilonica qui diligenter custodiebant se a murmuratione de diuinis iudicijs cum deus permitteret ydolatras dominari z filios israbel affligi &c. nam hoc est manifeste contra illud quod continetur quarto regum decimo capitulo. z secundo paralippo. decimo capitulo. in quibus locis z alijs q̄plurimis testatur littera q captiuitas babilonica processit ex uera iusticia in ulcionem preuaricationū magnarum a populo israbel z regibus eorum cōtinue commissarum. hoc etiaz habetur daniel in oratiōe sua expresse profitebatur diuinam iusticiā circa destructionem iherusalem z trāsmigrationem populi. unde de hoc nullus locus erat murmurationi. Similiter z quod dicit. Notum fac mihi finem meum quod exponit de fine illius captiuitatis non uidetur rationabiliter dictum. nam finis babilonice captiuitatis fuit notificat a deo per jeremiaz. jere. uigesimonono capitulo ubi dicitur. Cum ceperint impleri in babilone. lxx. anni uisitabo uos &c. unde non oportebat orare. Notum fac mihi finem meum. Similiter cum dicit q populus ille non audebat loqui de lege diuina coram babilonijs nullum habet fundamentum i littera. Similiter quod introducitur. In ymagine pertransit homo sed frustra cōturbatur &c. quod exponitur de uanitate solicitudinis humane licet sit in se uerum tamen omnino uidetur impertinens huic proposito. z sic de multis alijs in hoc psalmo contentis. Secundus etiam modus exponendi ad quem magis inclinatur postillator scilicet q dauid fecerit hūc psalmum positus in fuga absolon &c. non uidetur rationabilis. nam de illa persecutione absolon similiter z de iniurijs sibi illatis a semei. iam fecerit psalmum tercium z septimū quia de ipsa propria materia intitulantur. unde non uidetur rationabile q iste psalmus de eadē persecutione exponatur. tuz quia non uidetur ratio quare alij psalmi predicti de hoc intitularentur expresse z non iste psalmus. tum quia applicare huiusmodi psalmum ad aliquam singularem hystoriam cum posset intelligi ad litteram de uniuersaliori materia non est aliud q̄ lucernam accensam sub modio includere quod est inconueniens. Constat autem q uniuersaliora sunt potiora z diuiniora q̄s particularia seu singularia in quantum huiusmodi secundum philosophum in primo ethicorum. tum quia si dauid fuit actor psalmorum ipsi intitulatorum tantum z non aliorum prout postillator opinatur z de istis maior pars applicatur casibus singularibus qui ipsi dauid cōtigerunt prout ipsemet postillator in hoc psalmo z in alijs plurimis uidetur uelle. sequere q filij chore z asaph plures psalmos composuissent de misterijs cristi z ecclesie z de alijs uniuersalibus ad diuersos status ecclesie pertinentes q̄s ipse dauid qui pro maiori parte de suis singularibus casibus ut in plurimum tractat secundū opinionem postillatoris prout patet discurrēti per psalmos intitulatos ipsi dauid z p proprias expositiones eorum a postillatore assignatas. hoc autem uidetur ualde inconueniens. cum de dauid singulariter legatur secundo reg. xxiij. capitulo. q fuit egregius ps. israbel z doctores etiam ipsi dicant eximium prophetarum quod magis conueniret filijs chore z asaph si huiusmodi applicationes singulares postillatoris essent uere. tum quia sunt ibi aliqui uersus ualde impertinentes proposito. sicut uniuersa uanitas omnis homo z in ymagine ptransit homo z thesaurizat et ignorat cui congregauit z huiusmodi. que z similia uerba licet sint in se uera sūt tñ in hac materia inproprie z inptinentia. ūde melius uidet dicendum q hic psalmus ñ applicat alicui hystorie pterite uel futurē in singulari. sed intelligit indistincte de quolibet penitente q mūdana contemnit q̄ boīes cōmuniter sequūt z magnis plagis seu turbatoīb afflictus a deo petit suā liberationē. Unde psalmus iste in. xj. ptic̄las diuidit. Primo. n. q a secūdū phūm in. ij. rethorice. boies irascunt p̄cipue cōtra eos q despiciunt ea circa que ipsi maxime studdent. Idcirco penitens iste qui de contemptu mundi principaliter intendebat loqui merito timebat calumniosos z litigiosos. unde dicit. Dixi custodiam uias meas ut non delinquam in lingua mea. nō solum per fatua uel conciosa. sed etiam per uera eloquia que non pacifice tollerentur a columniosis diligentibus mundum et ideo sequitur. Posui ori meo custodiam dum consisteret peccator. id est mundanus. Aduersum me. secundo quia ex hoc silentio sequebatur q etiam a bonis alijs annunciandis abstinebat ita q non poterat bonos docere.

ideo dolor ei renouatus ostendit' ūn dicit ⁊Silui a bonis ⁊ dolor me⁹ renouat⁹ est⁊ Tercio quia ex hac taciturnitate sequeba tur in corde suo ⁊ animo magnus estus et ardor. iuxta illud jere. xx. capitulo. Fuit i corde meo quasi ignis estuans ꝛc̄. ideo con sequent' q̄si compulsus habuit loqui. und' dicit. ⁊Concaluit cor meum intra me ꝛc̄. ⁊ locutus sum in lingua mea ⁊que quidē lo/ cutio non boib⁹ mūdanis ⁊ contumeliosis sed deo a quo cum silentio audiri poterat dirigebatur. Unde consequenter quarto explicat deo suam locutionem ¡que talis ē ⁊Notum fac mihi domine finem meu; ꝛc̄ Ad quod sciendum q̄ iste penitens mun/ dana contēnebat reputans ea uana ex sui brevitate ⁊ uarietate. ⁊ ideo soli deo loq̄/ batur dicens ⁊Notum fac mihi domine ⁊ i tu qui scis uniuersa ⁊ fac mihi notum finez meum ⁊ numerꝫ dierum meorum ut sciam quid desit mihi ⁊ idest quantum debeo dura re in hoc seculo ⁊ si possem scire brevitatē ⁊ diurnitatem mee durationis. Ad quod respondit ⁊ecce mensurabiles posuisti dies meos ⁊ idest breues. ⁊ quia etiam in illa mo dica duratione non est stabilitas sed ma/ gna mobilitas ⁊ uarietas. ideo dicit ⁊ ⁊ sub stantia mea tanquam nihil ante te est ⁊ q̄a etiam illa brevis duratio in qua homo vi detur subsistere tanq̄ nihil ante te ē. q̄a duratio nobilitatis que successiua est tan/ q̄ nihil reputatur respectu eternitatis in qua est tota simul interminabilis vite pos sessio secundum boetium ⁊ sic concludit. ⁊Ueruntamen universa uanitas omnis hō uiuens ⁊Quinto ostendit mundana esse cō temnenda ex hoc q̄ in homine est aliq̄d perpetuo manens scilicet anima secundum quam est ad ymaginem dei in qua ymagi ne de hac vita transit ceteris mūdanis ex terioribus omnino dimissis. ideo subdit. ueruntamen in ymagine pertransit hō ⁊. i. homo de hac vita in sola ymagine transit ad aliam vitā exteriora mundana totalit' relinquens ⁊ etiam corpus propriū q̄d nō ē de essentia ymaginis. ūde dicit ⁊ ⁊ frustra cōturbat' ⁊. s. i actionib⁹ ⁊ desideriis mun danor. Sexto q⁹ forte q̄s diceret non esse frustrabilia ista mūdana q⁹ hō in seipo non posset ea diuturue possidere per se posset tamen per filium uel heredem qui reputatur eadem persona cum patre. ideo concludens hunc errorem dicit ⁊ Thesauri/ zat ⁊ ignorat cui congregabit ea ⁊ nescit. n si filius in eis sibi succedat an inimicus et sic concludit q̄ turbatio humana circa ta/ lia acquirenda uel conseruanda omnino ē frustrabilis. Septimo ex predictis conclu dit q̄ in rebus mundanis non est ponen/ da spes. sed in deo apud quem substantia hominis est. ⁊ hoc est q̄ dicit ⁊ ⁊ nunc que ē expectatio mea. nonne dominus ⁊ substā tia mea apud te est ⁊ nota q̄ in hebreo nō ponitur eadem dictio ubi hic dicitur. ⁊ sub stantia mea apud te est. ⁊ supra ubi dicit'. ⁊ substantia mea tanq̄ nihil ante te ē. sz ponuntur diverse dictiones que bene con sonant huic expositioni ut patet in illa lin gua erudito. Octauo quia nemo sine pecca to est ut expectatio sua in deo sit certa pe tit erui ab omnibus iniquitatibus scilicet culpe. unde dicit ⁊ Ab omnibus iniquitati/ bus meis erue me ⁊ quia stult⁹ qui rema net in uanitate mundana irridet iustos ⁊ bonos. ideo sequitur ⁊ obprobrium insipien ti dedisti me ⁊ quasi diceret ideo debes me eruere quia dedisti me obprobrium insipi enti eo modo quo dicitur alibi. Non eru/ bescant in me qui spectant te deus israhel quod quidem obprobrium quia nō ex rul/ pa deprecantis insurgeret ostendit dicens obmutui ⁊ non aperui os meum ⁊ idest non egi contencios' sed tacui. et que sit causa huius taciturnitatis uirtuose subdit cum dicit ⁊ Quoniam tu fecisti ⁊ scilicet me talez dans mihi patientiam seu discretionē ad talia tolleranda seu euadenda. Nono post quam petiuit remissionem culpe petit re/ missionem pene. unde dicit ⁊ Amoue a me plagas tuas ⁊ ⁊ ut ostenderet illas plagas esse graviter illatas sic q̄ uix posset eas tollerare subdit ⁊ a fortitudine manus tue ego defeci ⁊ quasi diceret plage tue sic mo derent' erga me ut pficiā non ut deficiā.

Decimo ne forte quis estimaret q̄ huius modi plage fortiter illate excederent rati onem iusticie ⁊ essent quasi indicatiue. ideo subdit ⁊ In increpationibus propter i iquitatem corripuisti hominem ⁊ quasi dice ret hec increpatio tua iusta est. quia pro/ pter iniquitatem. Et pia est quia ordinat' ad correctionem. unde dicit. corripuisti ho minem. ⁊ modum correctionis ostendit ē ualde afflictiuum cum dicit ⁊ Tabescere fe cisti sicut araneam animam eius ⁊ nam ani ma penitentis in talibus plagis grauib⁹ in hac vita constituta tabescit. ⁊ attenua/ tur sentiens maximam fragilitatem suaz ⁊ ex hijs sequitur q̄ homo ex tali increpa tione correctiua quantumcunq̄ graui non rationabiliter conqueritur seu conturbat' sed ex fragilitate humana. unde dicit ⁊ Ue runtamen uane conturbatur omnis ho/ mo ⁊ scilicet sic correctus licet affligatur et tabefiat. Undecimo instanter petit suam liberationem tribus modis. Primo scilicz per orationem que est elenatio mentis in deum. Secundo per deprecationem que est frequēs supplicatio. Tercio per lacrimas que in precibus ad impetrandum miseri/ cordiam sunt efficaces. unde dicit ⁊ exaudi orationem meam domine ⁊ quod ad primuz ⁊ ⁊ deprecationem meaz ⁊ quo ad secundum auribus percipe lacrimas meas ⁊ quo ad tercium. ⁊ reddens rationem quare exau dire debet dicens ⁊ Ne sileas quo niaz ego aduena sū apud te ⁊ peregrinus ⁊ hoc ē di cere. ego iam sum apud te in spe scilz ad huc sum aduena ⁊ pegrinus in hoc seculo in quo non habeo quietam mansionez ad hebr. xiij. ⁊ sequitur ⁊ quasi omnes patres mei ⁊ iuxta illud apostoli secundo chor. v. capitulo. quādiu. n. sum⁹ in corpore a dño pegrinamur. ⁊ que sit sua petitio subdit. dicēs ⁊ Remitte mihi ut refrigerer ⁊ hoc ē dicere remitte mihi iniq̄tates. s. culpe. et plagas. s. pene de q̄bus supra dixerat ⁊ ut refrigerer ⁊ per misericordiā ab estu uicior ⁊ penar. priusq̄ abeā ab hac vita ubi nūc pegrinus sum ⁊ ⁊ āplius non ero ⁊. s. in ea.

Replica.

Irca psalmū Dixi custodiaz cū postillatoz ex multis composi/ tionē unaz pelegisse scz q̄ ex ponatur psalm⁹ iste de dauid existente in fuga tempore persecutionis ab absolon filio eius illate. ⁊ ad illum casū psalmum hunc pertinenter applicasset. Burgensis se putat lucernam accendere dicit hunc psalmum exponi debere nō de uno particulari sed de quolibet penitente indistincte habens pro ratione principali quia universalioza sunt potioza partibus ⁊ magis divina allegans ad id aristotelez primo ethicor. Sed hec ratio qua burgen sis utitur frequenter brocardica videtur. quia non distinguit de uniuersali in esse/ do. predicando ⁊ causando. Nam in esse/ do constat particularia uniuersalibus po tioza. quia quicquid tale uniuersale perfe ctionis includit. includit particulare ⁊ ul/ tra. idcirco uulgatum uerbuz est q̄ prioza comunitate sūt posterioza perfectione. Si mile iudicium est de uniuersali in predicā/ do. sed de uniuersali in cāndo puto burg. nolle dicere q̄a ꝓposito suo minime ser/ uit. Nec allegat aristo. in eo sensu in quo ipse allegata uerba scribit. q⁹ itētio aristo telis ē q̄ bonū de q̄nto comini⁹ de tanto diuinius. Nūc aūt per cōmini⁹ non inten dit universali⁹. sz cōmunicabili⁹. ⁊ cū bur gen. aliquē passū sacre scripture presertim psalmor exponit de pl'ib⁹ uel de oib⁹ pec catoribus quē postil. secūdū sonū ymarium terminor sine absurditate expōit de uno singulari peccatore alijs tū bene applica/ bili p modū exēpli sp ipe burgen. adducit p regula illud aristo. cōtra ipi⁹ itentiōm Universalia sūt potioza singularib⁹ pu/ tās se accēdisse lucernā ⁊ aliq̄d diuinū in mediū deduxisse q̄si dicere de pl'ib⁹ pecca toribus sit aliq̄d diuini⁹ quā dicere de uno uel q̄si plures peccatores sint aliq̄d pl⁹ bo ni quam unus singularis. q̄d quantū ser uit l'rali expositiōi. pensent hui⁹ burgēi amatores eius frascas grandi pendentes.

Leterum putat burgensis aliquid diuini/
um adduxisse arguendo contra postillato
rem. quia primo litteraliter exponit mul
tos psalmos de singularibus casibus ipi⁹
dauid uolens secundum opinionem beati
hieronimi quaz sequitur postillatoz de au
ctoribus psalmoruz. q⁹ tūc filij chore asaph
ydithum ⁊c. plura misteria cristi ⁊ ecclesie
descripserunt quam dauid. qui ut plurimū
secundum expositionem postillatoris de
se suisq; casibus scripsit. Respondeo q⁹ q̄s
uis postillator primo ad litteram secunduz
q⁹ termini comuniter pretendunt sine ab
surditate multos psal. exponat de dauid
singulariter non intendit tamen exclude
re sensus litterales eozundem psalmozum
principales q̄ sunt de cristo ⁊ ecclesia. quo
rum tipum dauid gerit. tipum in quā xp̄i
aliquando in regem constituti. aliquando
per malos tribulati. aliquādo ut victoris
de tribulationibus liberati ⁊c. tipum etiā
gerit ecclesiam in sua persona describens
nunc a deo electam. nunc a prauis eiectam
nunc tribulatam. nunc de tribulatōne gra
tias agentem ⁊c. qui sunt sensus ab aucto
re spiritu. s. principaliter intenti. licet sint
alij sensus priores sed non digniores per
uoces primo sine absurditate significati. ⁊
per ea dicta soluuntur multe differentie
circa psalterium inter burgensem ⁊ postil
latorem quoruz alter refert se ad casum
singularem per uoces primo significatum
Alter ad sensum exemplarem per spirituz
sanctum principaliter intentum. Et ad id
correctoris uolo omnes differentias hui⁹
modi referri ut non oporteat inutiles fie/
ri repetitiones.

Xpectans expectaui ⁊c. Huic
psalmo premittitur talis titu/
lus i hebreo. ad victoriā psal/
mus dauid. In translatione ue
ro hieronimi iuxta hebreum sic habetur.
pro victoria canticū dauid. ⁊ idem penitus
signat. Expositio autem huius tituli pa/
tet ex dictis supra psalmo duodecimo ubi
ponitur consimilis titulus. Ex titulo aūt
isto apparet auctor psalmi scilicet dauid
sed materia non apparet. ⁊ propter hoc ua
rie exponitur. Dicit autez rabi salomō
q⁹ dauid fecit hunc psalmuz pro beneficō
exhibito ppl'o isrl' in exitu de egipto qa
tunc fuit eductus de seruitute dura ⁊ uili.
quod notatur cum dicitur. ⁊ eduxit me de
lacu miserie ⁊ de luto fecis ⁊c. ⁊ tunc tran
sito mari rubro cecinit canticum nouum
dicens. Cātemus domino gloriose ⁊c. exo.
decimoquinto. ⁊ sic litteram sequentez ap
plicat ad ea que facta sunt populo isrl' in
deserto. Sed dauid huic expositioni ui/
detur repugnare manifeste q⁹ subditur.
Sacrificium ⁊ oblationem noluisti ⁊c. in
quo describitur euacuatō sacrificiorum ⁊
oblationum ueteris testamenti. ut magis
patebit prosequendo. Ista autem non fue/
runt tunc reprobata. sed magis a deo isti
tuta in monte synai. propter quod aliter
exponitur a doctorib⁹ catholitis. ⁊ dicunt
aliqui qd' dauid fecit hunc psalmum pro
gratiarum actione de sua liberatione a p
secutione filij sui absolon. sed contra hoc
uidetur q⁹ circa principium huius psalmi
dicitur. Misit in os meum canticum nouū
⁊c. quia dauid fuit liberatus per mortem
absolon de qua non cecinit carmen leticie
sed planxit ⁊ luxit dicens. Absolon fili mi
quis mihi ꝯtribuat ut ego moriar pro te
secundo regum decimooctauo. Item hec
expositio ⁊ consimiles uidentur esse con/
tra intentionem apostoli manifeste he/
breorum decimo ubi inducit litteram hu/
ius psalmi dictam ad litteram in persona
cristi. ut patebit infra litteram h⁹ psal/
mi prosequendo. propter quod dicere q⁹
ad litteraz intelligatur de dauid seu quo
cunq; alio ⁊ mistice de cristo uidetur esse
quedam iudaici erroris confirmatio. Ad
exponendum autem hunc psalmum de cri
sto due regule exponendi sacram scri/
pturam quas cum aliis exposui in prin/
cipio super genesi sunt hic repetende pri
ma est de domino ⁊ eius corpore quod ē
ecclesia seu fideliuum congregatio. Quia

propter connexionem capitis ad corpus ⁊
econtra sacra scriptura frequenter sub
uno contextu transit de uno ad aliud lo/
quens quasi de una persona sicut ysaie.
.lx. Induit me mestimento salutis ⁊ indu
mento iusticie circundedit me. quasi spon/
sum decoratum corona ⁊ quasi sponsam
ornatam monilibus suis. quod enim dici/
tur quasi sponsum decoratum corona refe
rendum est ad cristum. ⁊ q⁹ subditur qua
si sponsam ⁊c. ad corpus eius misticum q⁹
est ecclesia. secundum q⁹ dicit augustinus
tercio de doctrina cristiana. hoc patet eti
am clarius in nouo testamento actuum
decimo ubi dicitur. Saule saule quid me
persequeris idest corpus meum misticum.
Saulus. n. nō psequebat̄ xp̄m in psona p
pria sz ei⁹ fideles q⁹ āt stati subdit̄. ego sū
ihesus nazarenꝰ ad psonā domini refert̄
Alia regula est de corpore domini biparti
to. quia in corpore domini mistico contine
tur simul mali cum bonis usq; ad diem iu
dicij. sed tunc segregabuntur sicut pastor
segregat oues ab hedis ⁊ ratione huius
ꝯmixtiōis aliq̄ndo uitupant̄ boni cū ma
lis sicut ysa. primo. Cognouit bos possesso
rem suū ⁊ asinus presepe domini sui. israel
autē me non cognouit ⁊ apostolus meus
non intellexit. aliq̄ndo aūt mali econtra
cōmeudant̄ cum bonis sicut osee. xj. puer
israhel ⁊ dilexi eum. Hijs igit̄ premissis
psalmꝰ iste diuidit̄ in tres partes. qa pri
mo ponitur circa misterium incarnatiōis
gratiarum actio ex parte corporis mistici
secundo huiꝰ misteri ꝯratio ex psona cri/
sti ibi. Sacrificium. tercio deuota depreca
tio pro statu corporis mistici ibi. Tu autē
domine. Circa primū dicit̄ in persona cor
poris mistici. Expectaus expectaui domi
nū q⁹ sci patres de corpore xp̄i mistico
existentes per fidem cuz magno desiderio
expectauerunt cristi aduentum unde dice/
bant ysa. lxiiij. Utinam dirumpes celos
⁊ descenderes. ⁊ intendit mihi idest orati
oni fidelium de aduentu cristi. Et exaudi
uit preces meas in mūdo ueniendo. ⁊ edu
xit me de lacu miserie ⁊c. quia resurgens
a mortuis eduxit sanctos patres de infer/
no. ⁊ statuit supra petram secundum q⁹ di
cit apostolus prima corint. decimo petra
autem erat cristus. pedes meos idest affe
ctus quibus anima graditur per predica/
tionem enim cristi ⁊ apostolorum ceperūt
homines contemnere temporalia ⁊ totū
affectum suum ponere in deum. Et dire/
xit gressus meos idest actus meos in ui/
tam eternam. Et hoc per legem euange/
licam que introducit ad beatitudinem q⁹
lex facere non poterat. secundum q⁹ dici/
tur hebreorum septimo. Nihil ad perfe/
ctum adduxit lex. Et immisit in os meū
canticum nouum ⁊c. Istud impletum fuit
quando apostoli ⁊ alij discipuli recepto
spiritu sancto in signo uisibili loqueban/
tur uarijs linguis magnalia dei actuum
secundo. uidebunt multi quia ad uo/
cē apostolorum aliorumq; cum eius de/
um laudantium conuenit multitudo ⁊ mē
te confusa est pre nimia admiratione. ut
ibidem dicitur. Et timebunt ⁊ sperabunt
in domino quia auditis uerbis beati petri
multi compuncti sunt corde de cristi mor/
te ⁊ conuersi sunt ad fidem. ⁊ apposita rūt
in die illa anime circiter tria milia. ut ibi
dem dicitur unde ⁊ subditur. Beatus uir
cuius est nomen domini scilicet ihesu cristi
Spes eius quia secundum q⁹ dicitur actu
um quarto. Non est aliud nomen sub ce/
lo datum hominibus in quo oporteat
nos saluos fieri. Et non respexit inuani/
tates idest leges gentilium ydolatrie de
ditarum. ⁊ insanias falsas idest errores
iudeorum contra cristum obstinatorum.
qui propprie dicuntur insanie. quia auer/
tunt a mentis sanitate. Consequenter
ondit magnitudo misterij incarnatōis cū dr
Multa feciste tu dne deus mirabilia tua
mundum creando ⁊ gubernando. sz satis
fuit mirabile ipsum recreando per tuā be
nedictam incarnationem ⁊ passionē. iō se/
quitur. ⁊ cogitationibus tuis quibus ab
eterno disposuisti misterium tue incarna/
tionis. Non est qui similis sit tibi quasi
diceret hoc mirabile excedit omnia alia in

hebreo habetur. Et cogitatões tue nobis .i. p nobis secundū q̄ transfert hiero. in translatione iuxta hebreū. ⁊ est ibi finis uersus. ⁊ exponat sicut pri⁹. Et cogitatónes tue. q̄bus ab eterno disposuisti carnē assummere. pro nobis. s. sunt q̄a sunt cā nostre salutis. non ē q̄ similis sit tibi. pri cipiū est uersus seq̄ntis ⁊ conūgit cū ira seq̄nti sic. Non ē q̄ similis sit tibi. s. i mirabilib⁹ faciendis maxie in mirabili incarnationis misterio. Annunciaui ⁊ locut⁹ sū secundū possibilitatem meā. sz q̄a excedūt facultatē humanā. ideo subdit. Multiplicati sr̄ sup numer̄. In translatione hieronimi iuxta hebreū hēt. Plura sr̄ quā narrari q̄nt. s. mirabilia tua. maxie in misterio tue incarnationis cōtenta. ⁊ ideo q̄ dicit hic. multiplicati. forte ē littera corrupta uicio scriptor̄ ponentiū multiplicati pro multiplicata. uel si sit littera uera supplēdū est sic. Multiplicati sr̄. s. effcūs mirabiliuz tuor̄. Sacrificium. Hic consequenter oñdit misteriū incarnationis ratō ⁊ hoc in psona xpi. q̄a prophet trāsit de corpore ad caput p modum dictum. Circa q̄ sciendū q̄ una cā huius būdicte incarnationis fuit ad supplendū i pfectionē legis p ipm xpm incarnatum. ppt̄ q̄ ipse dic matthei. v. Non ueni soluere legem sz iplere In lege aut̄ erant aliq̄ precepta cerimonialia de sacrificijs ⁊ oblatoib⁹ offerēdis. hec aut̄ sacrificia erāt ipfecta q̄ nō poterāt auferre pcca. ⁊ iō ista ipfectō fuit sublata p unū sacrificiū pfectum. s. corp⁹ xpi i cruce oblatum q̄ succedit oīb⁹ sacrificijs ue. le. Et hoc ē q̄ dicit ap̄s ad heb. ix. Impossibile ē. n. sanguinē thauror̄ ⁊ hircor̄ auferre pcca. iō igrediēs mundū. s. dei fil⁹ p suā icarnationē dicit. Hostiā ⁊ oblationez noluisti. Corp⁹ aut̄ aptasti mihi. i. corp⁹ passibile aptū ymolatōi. sic diffusius exposuit sup epistolā ad heb. ⁊ hoc ē q̄ dr̄ hic. sz aliq̄ uocabula sint mutata. q̄a xps ⁊ ap̄li ñ sp allegauerūt scripturā ueteris te. uerbo ad uerbū dr̄ ergo i psona xpi hois loq̄ntis deo p̄r. i. toti trinitati. Sacrificiū q̄. fiebat de aialib⁹ ⁊ auibus. ⁊ oblationē. q̄ fiebat de rebus inanimatis ut de pane simila ⁊ oleo ⁊ similib⁹. Noluisti. q̄ talia nō erant deo accepta de se sicut ē corp⁹ xpi q̄ quotidie offert̄ i altari. sz tātum ex fide offerentiū. Aures aut̄ pfecisti mihi. ad heb. ix. dr̄. Corpus aut̄ aptasti mihi ut dictum ē. tū eadē ē sūia. q̄a cū dr̄. Aures aut̄ pfecisti mihi. i. aures pfectas ad obediēduz q̄ fuit i hoc q̄ fuit obediēs deo p̄ri usq̄ ad mortē crucis. ut hēt phil. secundo. Holocaustū hoc erat quoddā gen⁹ sacrificij q̄ totuz i cendebat̄ ad honorē dei. ⁊ p peccato. i. hostiā p pcco. c⁹ una ps icēdebat̄ ⁊ alia erat sacerdotū ut diffusius dixi sup leuit. Nō postulasti. q̄ talia nō fuerunt de se deo accepta ut dēm ē. Tūc dixi ego xps ecce uenio. ad offerēduz sacrificiū acceptissimum deo. In capite libri nē. Iste ē liber diuine p destinatiōis de quo scribit̄ in psalmo. lxix. Deleant̄ de libro uiuētiū nē. In capite aut̄ h⁹ libri dr̄ esse descriptum illud q̄ pmo ⁊ pncipalit̄ pertinet ad diuinā predestinatōne sic caput ē pncipal⁹ ps hois. Misteriuz aut̄ icarnatiōis xpi p q̄ oēs hoies iducūt̄ ad uitā eternā siue beatā ē illud q̄ pncipaliter ptinet ad diuinā pdestinationē. ⁊ iō bñ dicit. In capite libri. s. diuine pdestinationis. Scriptum est de me ut facerem uoluntatē tuā. ppter q̄ dicit ioban. vj. descēdi de celo non ut faciam uoluntatē meam sed uoluntatē eius qui misit me ⁊ quia uoluntas deliberatiua xpi hois semp erat diuine uoluntati conformis. ideo subdit̄. Deus meus uolui ⁊ legem tuā i medio cordis mei. scilicet legem euangelicam. Annūciaui iusticiam tuam. idest legem euangelicam que continet iusticiam pfectam. in ecclesia magna. idest in templo ubi omnes iudei conueniebant in quo xps frequenter docuit ut describunt quatuor euangeliste Similiter in ecclesia magna per totuz orbem diffusa in qua cristus per apostolos euangelium promulgauit. secundum q̄ dicit psalmus. xviij. In omnem terram exiuit sonus eor̄um. Ecce labia mea non prohibebo. a promulgatione ueritatis euangelice per me et alios doctores ecclesie.

Justiciā tuam non abscondi in corde meo quia cristus eam manifestauit uerbis ⁊ factis. ueritatez tuam. qua implesti pmissū de cristo patribus factum. ⁊ salutare tuū. idest meipm a te missum pro salute hominū dixi. Omnia ista manifeste docuit xps ut patet ex decursu euangelij. Non abscōdi misericordiam tuam. quā per me uolui sti mundo facere. ⁊ ueritatem tuam. quia misericordia ⁊ ueritas semp se concomitā tur in operibus dei. A concilio multo. Sic debet scribi per. c. quia sic est in hebreo ⁊ iu translatione hiero. inxta hebreū hēt in ecclesia multa. q̄ idem est. Tu aut̄ dñe. Hic consequenter describit̄ ipsius cristi deuota deprecatio p statu corporis sui mistici. ⁊ primo quantum ad amotionē mali. ⁊ secundo q̄ntum ad adeptionē boni. ibi. Exultent. Circa primum dicit. Tu aut̄ domine. i. tu deus pater. ne longe facias misericordias tuas a me. idest a corpore meo mistico. pro quo xps legit̄ frq̄nter orasse in euangelio. Misericordia tua et ueritas tua. semp susceperunt me. orationē meam semp exaudiēdo. Dis. n. oratio cristi procedens ex uoluntate deliberatiua fuit exaudita. secundū q̄ dicit saluator iohannis. xj. Ego autē sciebam q̄ semper me audis. quia uoluntas cristi deliberatiua semper fuit ⁊ est conformis uoluntati diuine. ⁊ cāz huius deprecationis subdit diceus. Quoniam circūdederunt me mala. s. pene. quorum non est numerus. multe enī penalitates fuerunt inflicte cristi fidelibus a principio ecclesie. ut patet in apostolis ⁊ martiribus. Comprehenderūt me iniq̄tates mee q̄a primo a principio fuerunt aliqui mali. cū hois in corpe xpi mistico. ut patet de iuda traditore ⁊ multis alijs. a principio etiā surrexerunt hereses. ut p̄z ex epistol̄ pauli ⁊ alior̄ apostolor̄. ppter quod btus ioban. in euangelio suo expressit diuinitatem cristi contra ebion ⁊ therintum ⁊ eorum sequaces eam negantes. secunduz q̄ dicit hiero. in libro illustrium uiror̄. Et non potui ut uiderem. quia hereses insurgentes multum obnubilabant fidē simpli cium. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Modus est loquendi ipbolicus ad designandum multitudinem heresum que insurrexerunt in ecclesia dei. secundū q̄ patet per augustinuz de heresibus. Cōplaceat tibi domine ut eruas me. i. corpus meum misticum a malis predictis. Domine ad adiuuandum me respice. cōtra mala insurgentia de futuro. Confundant̄ ⁊ reuereantur simul qui querunt animā meā. idest fidelium meor̄ utam cuiusmodi fuerunt tyranni in primitiua ecclesia quorum multi fuerunt conuersi corpaliter ⁊ temporaliter. secundum ordinem diuine iusticie ⁊ aliqui confusi confusione penitentie q̄e est confusio adducens gloriam. quia multi uidentes pacientiā martirum ⁊ dei uirtutē circa ipsos conuertebantur ad fidem. qui dicunt mihi euge euge. interiectio est exultantis que aliquando profert̄ ad congaudendum. ⁊ sic proferebatur a fidelibus de pacientia martirum gaudentibus. aliquādo etiam profertur ad deridendum ⁊ sic pferebatur a martirum persecutoribus. Exultent. Hic consequenter ponitur de precatio cristi pro suo corpore mistico quātum ad adeptionem boni cum dicitur. Exultent ⁊ letentur super me. deum patrem uel totam trinitatem de bono q̄ daturus es eis. Oēs q̄rētes te. i. fideles mei q̄ te q̄rūt p uerā fidē. ⁊ dicāt semp magnificetur dñs. fr̄ gratiādo de bonis ei⁹. Qui diligūt salutare tuū. i. me xpm quē misisti p salute hominū. Ego aut̄ medicus sum ⁊ pauper hoc refert̄ ad psonā xpi certū ē q̄ uitā ualde paupem duxit in hoc mūdo sicut p̄z ex euāgelio. si aut̄ referat̄ ad corp⁹ xpi misticū. sic certū ē q̄ fuerūt ⁊ sr̄ mr̄ti fideles ppt̄ xpm pauptatē eligētes. Dñs solicit⁹ ē mei. q̄a sufficiēt̄ prudet̄ talib⁹ ex prudētia dei. secūdū q̄ dicit saluator math. vj. primū q̄rite regnū dei ⁊ iusticiā ei⁹. ⁊ hec oia adicient̄ uobis. ⁊ iō i fine psalmi cōcludit̄. Adiutor me⁹. ad bonū prudēdo. Et protector me⁹. a malis p̄seruādo. Tu es deus meus ne tardaueris. mihi assistere in predictis.

Beatus qui itelligit. Huic psalmo premittitur talis titulus i hebreo. Ad victoriam psalmus dauid. et in translatione hieronimi iuxta hebraeum. pro victoria canticū dauid. et idem penitus signant. Ex predictis autem patet expositio huius tituli. et ex titulo apparet auctor psalmi scilicet dauid sed materia huius psalmi non apparz propter quod uarie dicit a diuersis. Dicunt enim aliqui q dauid fecit hunc psalmum pro salomone filio suo quem dispouerat regnare post se de uoluntate domini. ut apparet primo palipp. xxviij. hoc tamen non obstante adonias frater eius nolebat eum supplantare. ut habetur tercio reg. primo. tum quia habebat pro se abiathar summum sacerdotem et ioab principem militie qui adiuuabant partem adonie. ut habetur ibidem. tum quia uidebat patrem suum senem iacentem in lecto et an quam ipotetez. sed per sapientiam nathā prophete adonias fuit fraudatus a proposito et salomon constitut⁹ in regno. ut habetur tercio regum primo. Dicunt igitur q de hoc dauid fecit hunc psalmum dicēs Beatus qui intelligit super egenū et pauperē ꝛc idest beatus sit nathan prophetaqui posuit intellectum suum pro salomone egeno et paupere inquantum adonias uoluit eum de regno eicere. Et sic quantum possunt litteram sequentem applicant ad hanc materiam. Sed nec expositio et consimiles uidentur dissonare ab intentione saluatoris iohan. xiij. ubi allegat scripturam huius psalmi tanquam dictam de se ipso ad litteram dicens. sed ut inpleatur scriptura. Qui manducat menm panez leuabit calcaneum suum contra me. Cui concordat littera hebraica in hoc psalmo que sic habet. Comedens panem meum magnificabit super me talum. Et in translatione hieronimi iuxta hebraeum que sic habet. Qui manducabat panem meum leuauit contra me plantam. et secundū. omnes expositores catholicos saluatoz iohā. xiij. allegat scripturam de hoc psalmo. Dicendum igitur q dauid qui plura misteria christi descripsit quam alij prophete ut dictum fuit in principio huius libri preuidēs passionem christi et eius resurrectionem in spiritu fecit hunc psalmum. Qui diuidit in duas ptes. in prima agit de xpi passiōe secunda de eius resurrectiōe ibi. tu āt dñe Circa primum sciendum q passio christi incepit a sua paupertate quam pati cepit ab hora natiuitatis. Et ideo primo agit de eius paupertate. et secundo de eius morte ibi. Inimici mei. Circa primum dicit dauid. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem. idest christum qui in paupertate fuit natus utputa paupere matre et in paupere loco et pauperibus pannis inuolutus Similiter in paupertate conuersatus. ūde dicit de se ipso uulpes foueas habent et uolucres celi nidos. filius autem hominis ñ habet ubi caput suum reclinet. Similiter in paupertate fuit mortuus utpote uestib⁹ suis spoliatus et in alieno sepulcro positus de isto igit paupere dicit dauid. beatus q intelligit ꝛc. idest intus legit. ita q sub paupertate quam gessit in forma nostre humanitatis intus legit per ueram fidem caritate formata diuitias sue deitatis quas dabant intelligere opera diuine uirtutis que faciebat. In die mala liberabit eum dominus. quia talem fidelem in die iudicij liberabit dominus a potestate inimici. Dominus conseruet eum in corpore. et uiuificet eum in sua gratia in mente. Et beatum faciet eum in terra. scilicet uiuentiū in qua est beatitudo uera. Et non tradet eum in animā. idest ad uoluntatem inimicorum eius corporalium et spiritualiū. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. idest cum iacuerit super lectuz afflict⁹ doloze corpis seu mentis. Uniuersū stratū ei⁹ uersasti. Mutat prophetа modū loquendi de tercia persona ad secundam que mutatio fit ualde frequenter in prophetis. Et est sensus huius littere q sic consoletur a deo q non indigeat lecto pato ad iacendum sed magis reuertetur tan q̄s lectus quo aliquis non indiget āplius

per talem modum saluator iohan. quinto capitulo. dixit languido ab eo curato in piscina. Surge tolle lectum tuum ꝛc et hoc precepit ad manifestationem miraculi perfecte sanationis. Consequenter dauid conuertit se ad orandum pro se sicut orauerat pro aliis dicens. Ego dixi domine miserere mei. cuius causam subdit dicens. Sana animam meam quia peccaui tibi. i adulterio bersabee et homicidio urie et populi numeratione. Uirtus enim diuinitatis christi q̄ sanat peccata est eterna. secundum q dicit apostolus ad hebreos. xiij. Iheſus christus heri et hodie ipse et in secula. propter quod poterat saluare animā dauid a peccatis. Inimici mei. Hic consequenter agitur de christi morte et mutat dauid modum loquendi quia prius locutus fuerat de xpo. Hic introducit christum loq̄ntem. sicut ps. secundo cum locutus fuisset de christo dicēs Quare fremuerunt gentes. Consequenter introducit christum loquentē in persona propria et dicentem. Ego autē constitut⁹ sum rex ab eo ꝛc. sicut fuit ibidem expositum. et hec mutatio fit frequenter in prophetis. igit in persona christi dicitur. Inimici mei dixerunt mala mihi. quia indei dixerunt ei uituperia frequenter sicut patet iohan. octauo. Nonne bñdicimus nos quia samaritanus es tu et demoniū habes. Quī morietur et pibit nomen eius. Frequent enī tractauerūt de morte christi ut sic pirz memoria nomis eius iohan. xj. Ab illo die cogitauerunt ut interficerūt eum. alij etiā trez euangeliste scribūt q̄liter tractauerūt de eius morte. Et si ingrediebat ꝛc. Hic mutat similiter modus loq̄ndi quia scriptura frequenter loquendo in plurali trāsit ad loq̄ndum de illis q̄si de uno eo q̄ sunt coniuncte ad aliq̄d unum. et maxime i scripturis prophetaz. et sic dicit hic. Et si ingrediebat. s. qlibet de inimicis meis. ut uideret me docentem uel conuersantē. uana loq̄batur. quia falsa referebat ad meā diffamationē. Quo eius congregabit iniquitatem sibi. quia frequenter iudei posuerunt insidias christo ut eum caperent in sermone uel in aliquo reprehensibili facto. sicut pz i plurib⁹ locis i euangelio. Egrediebat foras. ad uulgares turbas. et sequebat i id ipm. idest diffamando christum ut auerteret deuotionem populi ab eo. sicut habet iob. decimo. Demoniū habet et insanit quid eū auditis. potest etiam ista littera ab illo loco. Et si ingrediebat ut uideret exponi i singulari de ipso iuda qui aliq̄ndo egrediebat ad tractandum cū iudeis de traditōe christi. Et iterum ingrediebat consortium christi et apostoloz ut uideret temp⁹ et locū quomodo posset eum tradere. et sic multa falsa et iniqua fingebat. et dicebat hinc et inde prout scribunt q̄tuor euāgeliste. aduersum me susurrabant omnes inimici mei. idest latenter detrahebant. omnes inimici mei scilicet scribe et pharisei et consimiles. Aduersum me cogitabant mala mihi. s. inferre mortem contemptibilem et dolozosam. uerbū iniquū constituerunt aduersuz me. qui ordinauerūt christum mortuū in sepulcro custodire ne eius discipuli eum tollerent et dicerent eum resurrexisse. ut habetur math. xx. ideo subdit. Nunquid qui dormit. idest iacet mortuus in sepulcro. nō adiciet ut resurgat. quasi diceret non. Sic enim loquebantur de christo mortuo. illud q̄ de resurrectiōe sua p̄dixerat cōtinuo dō Eteni hō pacis mee ꝛc q̄si d. christus. Nō est mirum si iudei qui erant inimici mei talia dicebant et faciebant contra me. quia etiam discipulus meus mihi familiaris cōtra me conspirauit cum eis scilicet iudas scarioth. et hoc est q̄ dicitur. Etenim homo pacis mee. idest mecum habitans pacifice. In quo speraui. idest de quo ostendi q̄ confideret de eo scilicet in eo q̄ portabat et custodiebat illa que ex deuotōe offerebant pro necessarijs christi et discipuloz eius et ad dandum pauperibus. ut habet iohan. xiij. et. xiiij. Qui edebat panes meos. et dicit panes in plurali. quia iudas cuz aliis discipulis in cena domini duplicē panem māducauit scilicet corporalem et sacramentalem. quia corpus christi cuz alijs sumpsit. Magnificauit sup me supplantatiōez

47

pſona ꝺtēnente q̄ rōne de ipo iudeo ꝓpe dī. Dixit inſipiēs in coꝛde ſuo nō eſt de⁹ put in additione ſup eundē pſalmū fuit oñſum. ſic in eodē pſal. agit de ātixp̄o c⁹ p̄ncipalis ⁊ ꝓpria negacia ꝺſiſtit in negādo xp̄m eſſe deū. ⁊ ſic ꝓprie de ipo poſſz dici dixit inſipiēs in coꝛde ſuo nō eſt deus. nā lz ātixp̄s in oꝛe ſuo ueꝛ deū pfiteat eſſe in mūdo cum legē penthateucā aſſerat ueram eſſe. cuius legis ceremonialia ⁊ iudicialia ⁊ huiſmōi reſtaurare attēptabit ut doctoꝛes dicūt. in q̄ lege manifeſta ſunt teſtimonia de deo. nihilomin⁹ tñ in coꝛde deū negat ueꝛ negādo xp̄m eſſe ueꝛ deū eo mō quo ſupza fuit expoſitum ī p̄dicta additione. unde iſti duo pſalmi adinuicem cozzñdent ſicut primū ⁊ ultimū unius rei. nā ſicut pſecutio iudeoꝝ facta in capite criſto fuit pzima ⁊ p̄cipalis inter oēs eccleſie pſecutiōes ſic pſecutio ātixp̄i eſt ultima ⁊ maxime p̄ncipalis inter pſecutōes eccleſie in xp̄i mēbris ꝓpetratis. Et ideo iſte pſal. diſtinguēdus eſt ⁊ exponendus ſicut ꝓpar ſuus. ſ. xiij. exceptis duob⁹ uerſibus q non ponūt eo mō in utroq̄z pſal. ſ. q̄a ubi dī in pſalmo. Quoniā dīs in generatione iuſta ē ꝺſilium inopis ꝺfudiſti quoniā deus ſpes eius ē. in hoc pſal. legit quoniā deus diſſipauit oſſa eoꝝ q hoib⁹ placent cōfuſi ſunt quoniā de⁹ ſpreuit eos primus uerſus fuit expoſitus in additiōe ſup p̄dictum pſalmū applicādo illa uerba ꝓpie ad iudeos q ꝺſilia xp̄i inopis contē pſerunt unde ibi. Bz uerſus ꝺtētus in hoc pſal. ſ. quoniā deus diſſipauit ꝓprie applicat impijs adherētibus ātichriſto quozum oſſa. ſ. mēbra erunt diſſipata q̄a ſepata a regno dei ⁊ etiā inter ſe ꝺfracta. in ꝺriuz mēbroꝝ xp̄i cuius os nemo confregit ut in epiſtola ad thimo. ij. ca. unde q̄a hec p ſecutio ultima terminat in ſepatione pfecta mēbroꝝ xp̄i a ꝺyabolo ⁊ ātixp̄o ⁊ eoꝝ mēbris. Idcirco poſtq̄z hic pſal⁹. dixit de reꝓbis quoniā deus diſſipauit oſſa eoꝝ q hoibus placent. ſ. antixp̄i ⁊ ſeq̄cium eius qui hoibus placebūt largiēdo eis bona tēpoꝛalia de q̄bus dicit quoniā deus diſſipauit. i. ſpreuit eos ſtatim ſubiunxit de electis Quis dabit ex ſyō ſalutaꝛ iſrl nē. iuxta illud math. xxv. Jbūt. n. ī uitam etern ⁊ ā ſic cōfundit manifeſte inſipiens ſ. antixp̄s q̄ dicebat in coꝛde ſuo non eſt deus q̄ q̄dem uerba. ſ. quis dabit ex ſyon nē. ⁊ cuz auerteīt dīs captiuitatem plebis ſue. q̄ in utroq̄z pſalmo finalit cōtinent denotāt ſalutem uniuerſalē fidelium put fuit in paſſiōe criſti ſecundū ſufficienciam ⁊ erit in aduētu ſecūdo q̄ntum ad oēs electos quod nō ꝓpie pōt dici de liberatiōe a captiuitate babilonica nec ab oppreſſiōe antiochi. cū in utraq̄z ppī's iſrahelitic⁹ erat diſpſus p oꝛbem. ⁊ ſic tales liberati ones non erāt uniuerſales. Cetera aūt cōtēta in hoc p̄s faciliter applicant ꝓpoſito ex his q̄ dicunt in poſtilla ⁊ etiam ī additione ſupza dicta mutatis mutandis nē.

Jn eodē pſalmo. ubi dī ī poſtilla. Non eſt qui faciat bonum.

Additio.

Ceritas hebꝛaica q̄ hoc loco ſic hz nō eſt q facit bonū nec ēt unus ſcuius ſenſus eſt. nam lz ēt ī tpe ātixp̄i aliq̄ bōi erūt. q erūt tñ pauci numero. idcirco in nihilum reputant iuxt phūm in. ij. phīcoꝝ. qđ modicum ē quaſi nihil reputat.

Replica.

Jrca pſalmū. Dixit inſipiens. oñdit burgen. ſuā ſtulticiam ſicut ſupza circa pſalmū eiuſdē pncipiū ⁊ ibi uide coꝛr.

Eus ī noīe. Huic pſalmo ꝓponit talis titulus in hebꝛeo ad uictoziā ī oꝛganis eruditio ꝺauid q̄ndo uenerunt ziphei ⁊ dixerūt ſauli nōne dauid abſcōditus ē apud nos ut hēt ꝓmo reg. xxiij. ⁊. xxvj. q̄uis enī eſſent de tribu iuda ſicut ⁊ dauid tamē ī fauoꝛem regis uoluerūt eum tradere in manū eius. ⁊ ſic ex hoc titulo pz actoꝛ et materia hui⁹ pſalmi ī generali. p hoc āt q.

dr in organis signat q̄ cātus hꝰ psalmi appropriatus erat instrumēto musico qđ dr organa. titulus etiā ꝟsimilis ponit in trāslatione hiero. sz ponit ibi psalmus. s. cātus p instrumēto. sicut dictū fuit supra ps q̄rto. Diuidit aūt iste psalmus i duas partes. q̄ꝝ primo dauid ponit suā deprcationem. secūdo ut sit magis exaudibilis facit deo uotū seu pmissionē ibi uolūtarie. Circa primū dicit Deus in noīe tuo. i. in uirtute nomis tui a me iuocati saluū me fac a ziphęis mihi insidiātibus ⁊ saule ⁊ uiri eius me psequntibus ⁊ in uirtute tua iudica me. i. p me ꝺseruās meam innocentiā ⁊ puniēs eoꝝ malicia. deus exaudi orōnē meam. p cōdescensum tue saluationis. auribus parcipe uerba oris mei. loqđ de deo more hoīs q̄ inclinat aurē ad petitionez quā uult exaudire. quoniā aliem insurrexērūt aduersū me. i. ziphei uolentes me prdere ⁊ in hoc alienati sunt a me. quāuis sint de tribu mea. Et fortes q̄sierūt aīam meā. i. saul rex ⁊ exercitus eius. ⁊ nō ꝓpo suerunt deū āte ꝺspectum suū. q̄a dei timore post posito q̄runt me innocentē interficere. ecce. n. deus adiuuat me. i. spero q̄ me adiuuabat in hac tribulatiōe. ⁊ dns susceptor est anime mee. i. conseruator uite mee. auerte mala inimicis meis. i. auerte a me mala ab inimicis ꝫ me cogitata ⁊ conuerte sup eoꝝ capita. secūdum q̄ dr̄ puer. xj. In insidijs suis capient iniq. ⁊ in ueritate tua disipde illos. ita q̄ nō possint pficere q̄ cogitāt ꝫ me sicut ueraciter pmisisti innocentiā ꝺseruare. Uolūtarie. hic cōsequnter dauid pmissionē deo facit. ut sua deprcatio sit magis exaudibilis dicēs. uolūtarie sacrificabo tibi. sacrificiū laudis ⁊ ēt sacrificiū legis q̄n potero ad locum diuini cultus accedere q̄a ptunc nō poterat eo q̄ exul ⁊ fugitiuus erat. ⁊ ꝓfiteboꝝ nomi tuo dne quoniā bonū est. i. cōfiteboꝝ noi tuo dne cōfessione laudis bonitatē quā mihi exhibuisti. quoniā ex oi tribulatōe eripuisti me. de pterito ex quo spero q̄ sic fiet de futuro. iō subdit ⁊ sup inimicos meos despexit oculus me. i. p nihilo cōputaui insidias ꝫ me cōfidens de tua bonitate nō de meis meritis uel uirtute. Mozaliter āt pōt exponi iste contra relatozes pessimos excitātes potētes ꝫ me innocētes. quorū insidias innocentes euadūt ex diuia boni tate. In psalmo. liij. Deus in noīe tuo ubi dr in postilla. Et sup inimicos meas despexit oculus meus.

Additio.

In hebreo hēt Et sup inimicos meos respexit oculus meꝰ quod intelligendum ē eo mō quo dr. Letabit iustus cum uiderit uindictam ⁊c.

Exaudi deus. Huic psalmo premittit talis titulus in hebreo ad uictoziā in organis erudi/tio dauid. ⁊ ē sensus. q̄ dauid eruditus a dño. fecit hūc psalmū ad eruditionē alioꝝ qui psal. decantādus est in organis cū quodā conatu uictorie. sicut frequēter expositum est supra. titulus autez hieronimi est eiusdē sententie. lz aliquātulum differat in lra que talis ē. uictozi in psalmis eruditio dauid. De materia uero hui psalmi uarie dr. sz illud q̄ mihi uidetur ꝓbabilius ⁊ magis cōsonum littere ē q̄ dauid fecit hūc psalmū gratias agens deo qñ fugiēs de teila saluatꝰ fuit de manibus saul q̄ uolebat eum in teila obsidē ⁊ de manibus ppl'i teile q̄ disponebat eum sauli tradere. ut hēt primo reg. xxiij. cum tū saluasset ppl'm illum de manibus philistinoꝝ. ut hēt ibidē. Igit iste psalmus diuidit in tres partes. q̄a primo dauid ozādo sum piculum exprmit. secundo teile ppl'z arguit ibi. pcipita dne. tercio circa se diuinū būficium recolit ibi. Ego āt. Circa primū dei auxiliū inuocat dicens. Exaudi deꝰ ozationē meā. ⁊ q̄ter eandē sententiam replicat sub alijs uerbis ad ostendendum magnū effectū sue ozationis. secundo cām allegat dicens cōtristatus sum in exercitatiōe mea. i. eo q̄ p exercitū armoꝝ liberaui teile ppl'm. ⁊ tanq̄ ingratꝰ uoluit me tradere i manus saulis. ⁊ cōturbatus

sum a uoce inimici. i. saulis qui dixit me obsidere in teila ut audiui. ⁊ a tribulatōe peccatoris. i. a tribulatione mihi ꝓpata p dolum ppl'i teile. q̄ in hoc peccauit grauiter me declinauerūt in me iniquitates iusti. non uolebant eū tradere in manu saulis. dicebāt eum reū lese maiestatis q̄rendo malum saulis. ꝓpter quod nō debebant eum saluare lz pugnasset p eis. ⁊ in ira molesti erāt mihi iniquis nō meruisz lz magis operatum. iō subdit coz meū ꝺturbatum ē in me. ex istoꝝ dolo ⁊ etiā meo piculo. iō subdit ⁊ formido mortis cecidit sup me. tum ꝓpter potenciā saulis me psequētis. tum ꝓpter negcia ppl'i tradere me disponētis. timoꝝ in corde. ⁊ tremoꝝ in corpe causatus ex timore uenerūt sup me. ꝓpt ꝓdicta. ⁊ ꝺtexerunt me tenebre. i. aduersitates dure. aduersitates. n. in sacra scriptura frequnter tenebre noiant. ⁊ dixi q̄s dabit mihi pennas. ⁊c timuit. n. dauid ne ciues clauderēt portas. ⁊ sic nō posset exire p sua uolūtate ad saluandū se ⁊ uiros suos q̄ erāt cum eo. q̄a tñ de ciuitate exijt. iō subdit ecce elongaui fugiēs. saulem et ppl'm teile. ⁊ māsi in solitudine. i. in deserto. secundū q̄ hēt pmo reg. xxiij. expectabā eum q̄ saluus me fecit. q. d. lz manꝰ saulis ptunc euasissem. tñ magis confidebā de ptectione dei quā de aspitate deserti. q̄a saul pꝰea q̄siuit eū sup abruptissimas petras q̄ solis ibicibus pue sūt. ut hēt p mo reg. xxiiij. In pusillanimitate spūs. i. a timore nimio. cū eram in teila reclusus ⁊ tēpestate. i. saulis uolētis me ibi obsidere. Precipita. hic cōsequnter dauid arguit ppl'm teile. ⁊ primo describit eoꝝ culpaz. ⁊ secūdo penā debitā ibi. ueniat mors. Circa primū dicit ozando. pcipita dne et diuide linguas eoꝝ. i. fac hitatores teile ita pcipitant loq ⁊ discordant abinuicē. quod nō possint pficere suā pditionē tradendo me manibꝰ saulis. quoniā uidi. i. certitudinaliter itellexi iniquitatē ⁊ ꝺdictionē in ciuitate. q̄a q̄runt me inique tradere ꝺdicētes innocētie mee. ut pz p pdicta. uel dicit cōtradictionē. q̄a nō oēs ꝛcorda bant ad tradendū eum. Noie ac nocte circūdabit eā sup muros eius iniquitas. q̄a aliq intantū erāt maligni q̄ discurrebant sup muros ad uidendū ne dauid exiret donec saul cū suo exercitu uenisz ⁊ labor in medio eius ⁊ iniusticia. quia maligni ⁊ iusti in hoc laborabāt nocte ⁊ die ⁊ nō defecit de plateis eiꝰ usura ⁊ dolus. q̄a in citate teile erāt aliqui publici usurarij ⁊ mercatores fraudulēti. quoniā si inimicꝰ meꝰ maledixisz mihi. ieo q̄ sibi nocuissem. fustigasset uti. i. habuissem cām sustinendi pacienter. ⁊ si is qui oderat me. manifeste. sup me magna locutꝰ fuisset. ꝛominādo mihi mortē uel aliqd tale. abscōdissez me forsitan ab eo. si uidissem me ipotentē ad resistendū. tu uero hō unanimis. alloquit ppl'z teile sub noie boīs q̄ oderat sibi amicitiā tanq̄ hūs cū eo uerā mentē. duxe meꝰ. q̄a p nūcium adduxerat dauid ad defensionē sue ciuitatis. ⁊ notus meus. ex noticia. n. quā hēbat dauid cū eis uenit citius in eoꝝ auxiliū. qui simul mecū dulces capiebat cibos. q̄a ppl's ille cōmedebat cū dauid sicut cū amico familiari in hebreo hēt dulcoꝛabimꝰ ꝺsilium. ⁊ in trāslatiōe hiero. qui simul habuimꝰ dulce secretum. quia maiores ciuitatis teile aliq̄ndo tractabāt ꝺsilia cū dauid in signum amicitie. in domo dei ābulauimꝰ cū cōsensu. in hebreo hēt cū fremitu. i. cum turba magna ⁊ exponit ra. sa. ⁊ in idem redit. q̄a q̄ndo multi cōsentiūt uadūt simul in turba. Sciendum āt q̄ domꝰ dei nō accipit hic p tēplo q̄ erat in ierusalē. ad quod dauid tūc nō poterat nec audebat ascēdere. sz accipit p scola uel synagoga q̄ hēbat in q̄libet ciuitate iudeoꝝ. nō ad sacrificandū. q̄a solū erat licitum fieri in ierusalē. sz quia ppl's ibi cōueniebat ad audiendum legem ⁊ ad ozandum deū. Ueniat mors. hic consequnter pdicit penā debitam dicēs. ueniat mors sup illos. hoc dicit dauid non zelo uindicte. sz zelo diuinne iusticie. uel aliter. Ueniat mors ⁊c. i. digni sunt quod ueniat sup illos. ⁊ descendāt in infernum uiuentes. sicut chore ⁊ cōplices eius. ut habet

numeri. xxj. eo q̄ ingrati de beneficijs mo
ysi rebellauerāt ei. ita fecerūt habitatozs
teile ipi dauid. ut pz ex p̄dictis quoniam
neq̄cie .i. multa sunt in eis. ut pz p p̄dca.
Ego aūt hic tercio dauid recolit circa
se dei būficium tanq̄z gratus dicēs. Ego
aūt clamaui ad dn̄m tanq̄z ad saluatozem
meū. ꝛ domin⁹ saluauit me de manib⁹ sau
lis ꝛ habitatoz teile. uespe ꝛ mane ꝛ me
ridie .i. trib⁹ tempozibus p diem narra/
bo ꝛ annūciabo diuina būficia mihi colla
ta. sicut legit de damele dan. vj. q̄ tribus
tēpozib⁹ in die ozabat deū ō ierusalem set
exaudiet dn̄s ozationē meā de futuro sic
exaudiuit de p̄terito redimet in pace aiaz
meā .i. uitam meā ab hijs qui appzopin/
quant mihi .i. a p̄ditozib⁹ teile qui appzo
pinquāt mihi in signū amicitie quoniam
inter multos erāt mecū .i. in magno nu/
mero assistebāt mihi ad me p̄odendū. ꝛ in
hoc erat grauius piculum. tum q̄a erant
multi. tum quia dolosi exaudiet de⁹ me
.s. depcantē ꝛ humiliauit illos ad nihiliū
deiciendo quia ante secula .i. ille qui est
deus eternus ꝛ potens oīa. ꝛ cām h⁹ deie
ctionis subdit nō. n. est illis ymutatio de
peccato ad penitenciā. sz sunt obstinati et
sic nō merent ueniā. Et nō timuerūt deū
sed magis ytempserūt. sicut dz de obstina
to puer. xvij. impius cū in p̄fundum pec
catoz uenerit ytempnit sic dz extendit
manū suā in retribuēdo secundū aliquos
istud refert ad pp̄m teile. q̄ nitebat re/
tribuere ipi dauid malū p bono. secundus
alios refert ad deū qui hz manū extensā
ad reddendū penā p̄o peccato tēpoze tn
debito secundū ordinem iusticie sue. ꝛ huic
cōsonat lra sequēs cū dz cū cōtaminauerūt
testamentū ei⁹ .i. dei legē q̄ p̄hibet pseq
innocentē diuisi sunt ab ira ultus ei⁹ ꝛc
.i. ultus pp̄i teile q̄a in ultu erāt paci/
fici cū dauid. ꝛ ōriū bēbant in cozde. Mol
liti sūt sermones ei⁹ sup oleum ꝛc quia in
p̄sentia dauid loq̄bant amicabilia ꝛ pacifi
ca. ꝛ in occulto tractabāt ōria tacta super
dn̄m curā tuā hic dauid allogt seipm ut i
deo ponat spem suam. Et ipe te enutriet

quia i desertis locis lōgo tēpoze uixit da
uid cum uiris suis per dei pouidentiam
spālem. ut pz p̄mo reg. ꝛ nō habis i eter
nū fluctuationē iusto .i. ipi dauid ꝛ loquit
de se tanq̄z de alio. fluctuationē aūt uocat
p̄secutionem saulis p quā dauid cōpelleba
tur fugere de loco ad locum q̄ nō semp du
rauit. q̄a mozuo saule dauid i regē inun
ctus fuit. tu uero deus deduces eos .s. p̄o
ditozes ꝛ p̄secutozes meos in puteum ite
ritus hoc est ad mozte. ꝛ subdit cāz dicēs
uiri sanguinū ꝛ dolosi .i. q̄rentes effunde
re sanguinē innocentem ꝛ dolose nō dimi
diabūt dies suos .i. nō uiuent secūdum me
dietatē uite sue naturalis q̄a mozs talium
coiter accelerat secundū dictuz saluatozis
math. xxvj. loēs qui accepint gladiū gla/
dio pibunt. ego aute sperabo in te dn̄e li
berās me a piculis. ita q̄ uiuā secundū to
tū cursum uite mee. quod pz ex. uij. reg. p
mo ubi dz. ꝛ rex dauid senuerat. bēbatq̄
etatis plurimos dies. Aliter āt pōt ex
poni psalmus iste de quolibet iusto in per
secutionem posito contra quem etiam ab
ingratis fabricant machinationes dolose
p̄p̄ q̄ ozat deuote ab istis liberari. quē
domin⁹ exaudit ꝛ aduersarios eius punit
ꝛ ad hoc pōt de facili applicari littera con
sideratis p̄dictis. In psalmo. liii. Exau
di deus. ubi dz in postilla. Cōtaminauerūt
testamentum eius.

Additio.

Alius uident ista uerba refer
ri ad deum ut sit sensus. Con
taminauerūt testamētū eius
idest legē dei. in cui⁹ pena diui
si sunt ab ira ultus eius .s. dei. ⁊ hanc di
uisionem ꝛ discordiā simp̄cabat psalmista
supza in eodē psalmo dicēs. p̄cipita domie
et diuide linguas eozum.
In eodem psalmo. ubi dz in postilla. Ali/
ter aūt pōt exponi.

Additio.

Otius uidetur ptinere ad sen
sum litteralem exponere istuz

psalmum de quolibet iusto in persecutiōe
posito ꝛc. ad quem sensū ꝑpzie erit nota
bilioz ꝛ uniuersalioz quā exponendo ytra
habitatozes teile. de qua hystoria iaz plu
res psalmos dauid fecerat.

Replica.

In psalmo Exaudi deus. cum
postilla. exponit illum passuz
ytaminauerūt testamentū ei⁹
diuisa sūt ab ira ultus eius.
de puersis quoz uultus ꝛ ira sunt diuisi
q̄a p uultum publice blādiunt. ꝛ per iraz
occulte seniunt. ponēs exemplū de teilensi
bus. q̄ dauid uenerebant in publico. sz oc
culte apud saul eū tradere conati sūt. Bur
gensis aūt uult melius exponere dicens.
q̄ uultus debeat ad deū referri ut sit sen
sus q̄ puersi diuisi sūt ab ira uultus dei.
Sed ista expositio nō uidet ꝑpzia q̄ mali
in penā diuidant ab ira uultus dei. Naz
ista q̄ diuidantur a gratia ꝛ lenitate ul
tus dei. nō tn ab ira. q̄a huic merēt semp
subici. ꝛ ab illa semp puniri. ꝛ hēre ultū
dei iracundū q̄si semp p̄sentē p̄sequens
nō diuisi ab ira uultus dei. Nec ualet q̄
burgen. addit q̄ iste psalm⁹ non pōt eum
de teilensibus q̄a multi psalmi alij sūt de
illa materia. ex quo ñ seq̄t. igit iste nō.
Nec ualet materia h⁹ p̄salmi ē de puersis
generaliter. q̄a cum hoc stat q̄ sic de tei/
lensibus spāliter ꝛ exemplariter.

Iferere mei de⁹. Huic psalmo
p̄mittit talis titulus i hebzeo
Ad victoziā sup columbā mu
tam elongationē dauid mictā
q̄ndo tenuerūt eū philistei in geth Ad c⁹
intellectum sciendū q̄ secundū aliquos he
bzeos mictā ē dictio ꝑposita ex mic ꝛ tam
ꝛ sic significat hominem simplicē uel p
fectum. ꝛ hoc mō accepit hiero. q̄ ponit ta
lem titulū Victozi p colūba muta eo q̄ p
cul abierit dauid humilis ꝛ simplex q̄ndo
tenuerūt eū philistei in geth. ꝛ secūdū istū
sensum oportet hic supplere p talē modū
dauid humilis ꝛ simplex supple fecit psal
mū istum q̄ndo tenuerūt eum ꝛc. secunduz
alios uero mictam est nomen cantici speci
alis sicut mozetus apud nos uel boquet⁹.
ꝛ dicit ra. fa. q̄ signat canticum pulcrum
uel decentē. ꝛ secundū hoc est sensus titu
li hebzaici mictā dauid .i. canticum decēs
ab eo factū q̄n tenuerūt eum philistei. de
ista āt tentiōe dicūt alij expositozes nr̄i
q̄ intelligit q̄n iesbidenob philiste⁹ nisus
fuit pcutere dauid p̄sidioq̄z ei fuit ab ysai
filius saruie. ꝛ pcussū philisteum interfecit
ut hēt secūdo reg. xxj. Sz istud nō uidet
uez. q̄a nō fuit ibi captus imo habuit ui/
ctoziā. p̄terea illud bellum nō fuit in geth
ꝛ iō ra. fa. exponit hoc de dauid q̄n fugiēs
a facie saul. uenit ad achis regē geth. quē
nō cognouissent philistei dixerūt. nunq̄d
ñ iste ē dauid rex terre. ut hēt p̄mo reg.
xxj. ꝛ tunc tenuerūt eum adducētes ad a
chis ut interficeret. sz achis credens euz
esse furiosum eiecit eum. ꝛ sic saluat⁹ fuit
De hoc ergo dauid fecit hunc psalmū et
sit r. xxxiij. sicut dictū fuit ibidem. sz ps.
xxxiij. magis respicit euasionē dauid ad
mādatum achis ꝑpter quod ille psalmus i
cipit a gr̄az actiōe sic. bn̄dicam dn̄m in oi
tēpoze ꝛc. iste aūt psal. magis respicit ca/
ptionē ipius p quā fuit in piculo. ꝑpt q̄d
incipit ab iplozatione diuine mie sic. Di/
ssere mei deus ꝛc. De eadē. n. materia da
uid aliq̄n plures psalmos fecit ut satis pa
tuit p supza dicta. Sciendū ēt q̄ dauid hic
uocat columba muta elongationū colum
ba q̄a fuit sine felle amaritudinis. q̄a sau
lem ipm p̄seq̄ntem ad mozte bis saluauit
a mozte. ut hēt p̄mo reg. xxiiij. ꝛ. xxvj.
muta quia tentus a philisteis non aude
bat loqui ydeoma hebzaicum sed mutauit
os coram achis ne amplius cognoscetur.
ut habetur primo reg. xxj. Dicitur etiam
columba elongationum. quia timoze sau
lis fugerat extra terram israhel ad ter/
ram philistinozum. quid autem significe/
tur per hoc quod dicitur in titulo Ad ui/
ctoziam. frequenter dictum est scilicet co/
natus leuitaz. ꝛ sic patet sentencia tituli
hebraici. ꝛ similiter tituli hieroni. que est

eadem in substantia. Patet etiam actor hꝰ psalmi ⁊ materia in generali. Secundum hoc igit̃ psalmꝰ iste diuidit̃ in tres partes. qꝫ ꝓmo ponit̃ ipius dauid deꝓcatio. secundo deꝓcationis exauditio ibi. sustinuerunt uel potius ibi. ꝓ nihilo. ut uidebitur tercio gratiaꝝ actio ibi. in deo laudabo. Circa ꝓmū dicit dauid ¶ Miserere mei deus quoniã oculcauit me hō. i. homines eo mō loq̃ndi quod dr̃ exo. xuij. uenit musca grauissima. i. multitudo muscaꝝ. plures. n philistei tenebãt eū ipingentes eū. ⁊ cōculcantes sicut mozte dignū. iō subdit̃ ¶ quoniã multi bellãtes aduersum me ¶ qa querebant eum occidere ut ꝓdictū ē. In hebzeo habet̃ sic ¶ multi bellantes aduersum me altissime ¶ q̃si diceret tu deꝰ q es altissimꝰ libera me ab ista multitudine a q̃ ñ possū me defendere. ⁊ uersus secundus icipit sic ¶ q̃cunqꝫ die timebo ꝛc ¶ ⁊ tūc ē littera plana cum subdit̃. Ego uero in te spabo q̃cū qꝫ die occurrerit mihi materia timẽdi et sic ꝓ eo quod dr̃ in ꝓncipio hꝰ uersus in trãslatione nr̃a ab altitudine quod ē de p cedẽti uersu in hebzeo est altissime. ⁊ hoc mō signant̃ uersus in trãslatione hieronimi pōt etiã exponi trãslatio nr̃a sic ¶ ab altitudine dei timebo ¶ i. tẽpoze alte diei. qa fugitiui q̃lis erat dauid. magis ꝫ timẽt de die quã de nocte. quia nō possunt ita de facili se abscõdere ⁊ euadere ꝫ de ꝫ die sic de nocte ¶ Ego in te spabo ¶ i. in quocũqꝫ timoze nō desperabo. sed magis spabo de tua ꝓtectione ¶ in deo laudabo sermones meos ¶ te deuote deꝓcando ¶ in deo sperabo nō timebo quid faciat ꝫ mihi caro ¶ i. hō carnalis. nec ꝓ hoc intẽdit a se excludere omnem ꝫ timoꝛẽ hois. sꝫ tantū timoꝛẽ q deicit in desꝓationẽ. ꝓpter quod simul ponit in deo spabo ¶ tota die uerba ꝫ mea execrabãt̃ aduersum me ¶ i. oĩa uerba de me dicta ad meã laudẽ retoꝛq̃bant̃ in meã ꝺemnatõꝫ dicebãt. n. philistei. nunqd nō iste ē dauid rex terre. nõne huic cãtabãt ꝓ chozos dicentes. ꝑcussit saul mille ⁊ dauid decẽ milia. ⁊ ex istis ꝺcludebãt quod deberet occidi ne posset eis ulterius nocere. ut habet̃ ꝓmo reg. xxj. ideo subditur ¶ omnes cogitationes eoꝝ in malũ ¶ i. ad inferendũꝫ mihi malũ ¶ Inhabitabunt ⁊ abscõdent ¶ i. publice ⁊ occulte q̃rent mihi nocere ¶ ipi calcaneum meũ obseruabunt ¶ q̃rentes me supplãtare. Et uidet̃ hic dauid ꝓphetice loq de malis q̃ quesierunt philistei facere sibi q̃n audierũt ipꝫ esse unctũ ī regẽ sup ist̃. quia tũc q̃sierũt eum occidere. ut hẽt̃ secũdo reg. v. ¶ sicut sustinuerũt animã meã ¶ in hebzeo ⁊ in trãslatiõe hieronimi hẽt̃ ¶ expectãtes animã meã ¶ i. sperãtes auferre animã meã de coꝛpe. ⁊ ꝺiungit̃ cũ littera ꝑcedenti imediate qa ẽ finis huius uersus ⁊ sequẽs uersus incipit ibi ꝓ nihilo ¶ Pro nihilo ¶ Hec est pars secunda hꝰ psalmi in q̃ describit̃ exauditio dauid deꝓcãtis. ⁊ ꝓ mo q̃ntum ad reꝑssionẽm aduersariorum cũ dr̃ ¶ pro nihilo saluos facies illos ¶ interrogatiue ⁊ ẽ sensus saluabis aduersarios meos ꝓ nihilo. i. q nihil boni fecerũt. sed tantũ malum. q̃si diceret ꝫ nõ decet iusticiã tuam. ideo subditur ¶ In ira ¶ i. in uindicta iusticie tue populus philistinoꝝ ¶ o frangẽs deus ¶ ita q̃si deus est finis huius ꝫ uersus in hebzeo ⁊ in trãslatione hiero. ⁊ in trãslatiõe ꝺmuni ẽ ꝓncipium uersus sequentis. ⁊ hoc fuit adimpletum quando philistei uenientes ad destruendum regnũ dauid corruerunt ꝫ magis ꝫ quam humana ꝓpter quod ¶ tunc dixit dauid. diuisit dominus coram me ¶ imicos meos sicut diuiduntur aque. ut habetur secundo reg. v. ¶ Deus uitam meam ãnunciaui tibi ¶ idest picula uite mee annunciaui tibi in mea oratione ¶ posuisti lacrimas meas in ꝺspectu tuo ¶ eas exaudiendo ¶ sicut ⁊ in ꝓmissione tua ¶ idest sicut ꝓmisisti mihi me in picu'is custodire ¶ tunc conuertentur inimici mei retroꝛsum ¶ idest cũ me exaudieris deprecantem aduersarij mei fugient quasi diceret hoc semp attribuam uirtuti tue ⁊ non mee. littera hebraica sic habet ab illo loco. deus uitã meã ꝛc. idest motionẽ meam numerasti. pone lacrimã meam in utre meo nonne in numero tuo. tunc conuertentur inimici mei

retroꝛsum ⁊ est sensus ¶ motionem meam numerasti ¶ i. loca ad que fugi a facie saul ¶ pone lacrimã meam in utre tuo ut sit reposita coram te quasi in uase misericordie tue ad exaudiendũ ¶ nõne in numero tuo ¶ supple erit q̃si diceret sic qa tu pones eaꝝ in numero tuo cũ alijs anxietatibus quas sustinui ¶ tũc uertent̃ inimici mei retroꝛsum ¶ trãslatio uero hiero. sic hꝫ ¶ secretiora mea tu numerasti ¶ i. nullũ meũ secretum absc̃ditum ē tibi ¶ repone lacrimã meã in utre tuo ⁊ exponat̃ sicut prius. sꝫ non in narratione tua quas feres sententiã ꝺtra malos ¶ Tũc cõuertent̃ ꝛc ¶ exponatur sicut prius ¶ in quacũqꝫ die iuocauero te ¶ sinceriter ⁊ deuote ¶ Ecce cognoui quoniã deus meus es ¶ exaudiẽdo me ⁊ saluãdo ¶ In deo Hec ē tertia ꝑs huiꝰ psalmi in qua ponitur ipius dauid gratiaꝝ actio ꝓ sua liberatione dicẽs ¶ In deo laudabo uerbum ¶ i. tuũ factum seu bñficium gr̃as referendo. ¶ ī domĩo laudabo sermones meos ¶ repeti tio est eiusdẽ ad maiozẽ effectus exꝑssionem ¶ in deo sperabo ¶ q̃ me ꝓteget de futuro sicut fecit de ꝓteritoꝛ ¶ nõ timebo qd faciat mihi hõ ¶ timoze deiciente me in desꝓationem uel nimis ꝑturbante rõnem ¶ ī me sunt deus uota ¶ fecerat. n. aliqua uota spãlia ipi deo si liberaret eũ ab illo piculoꝫ nõ sint exꝑssa in scriptura que desiderabat adiplere ¶ que reddã laudatiões tibi idest ad laudẽ nois tui. ⁊ subdit cãm dicẽs quoniã eripuisti animã meã de moꝛte ꝛc ¶ idest q̃a pfecisti illud ꝓpter quod uoui tibi ⁊ ideo iustũ ē ut reddam uota tibi ¶ ut placeam coram deo ¶ in hebzeo ⁊ in trãslatõe hiero. hẽt̃ ¶ ut ambulẽ coram deo ¶ pceden do de bono in melius ¶ in lumine uiuẽtiũ ¶ idest quãdiu ero in uita pũti ¶ uel in lumie uiuentiũ ¶ hoc ē in lumine gratie q̃ uiuit̃ in deo. ¶ Aliter pōt exponi psalmꝰ iste de quocũqꝫ fideli q ¶ positus ī moꝛtis piculo. orat deũ deuote ꝓ sua liberatione. ⁊ a deo exauditꝰ agit gr̃as deo tanq̃ gratꝰ

In psalmo. lv. ¶ Miserere mei deus. ubi dr̃ in postilla. ꝓ nihilo ꝛc.

Additio.

In hebzaica ueritate ubi dicit̃ ¶ ꝓ nihilo ¶ ponit̃ quedã dictõ equoca q̃ significat q̃nqꝫ nihilum. q̃nqꝫ uanitatẽ. quandoqꝫ uero iniq̃tatẽ. Cõsequẽter ubi translatio nr̃a hꝫ ¶ Saluos faciet illos ¶ In hebzeo hẽt̃ ¶ saluabis ab illis ¶ unde hec uerba secundũ litterã hebraicam ꝓpe exponunt̃ sic ¶ ꝓ iniquitate ¶ i. aduersariozꝫ de q̃ imediate añ dixerat ¶ saluabis ꝫ abi illis ¶ i. saluabis me ab illis. ⁊ sic exponit̃ iste uersus a quibꝰ dã hebzeoꝝ expositoꝛibus secũdũ quazꝫ expositionẽ nõ oꝛ ut teneat̃ interrogatiue sed plane.

Miserere mei deꝰ. Huic psalmo ꝓmittit̃ talis titulus ī hebzeo ¶ ad uictoziam ne dispdas dauid mictã q̃n fugit a facie saul in spelunca ¶ Ad cuius intellectum sciendũ q̃ dauid legit̃ bis fugisse in spelunam a facie saul. ꝓmo in spelunca ad ollam. ubi uenerũt ad eum illi q erant de cognatiõe sua ⁊ alij q erãt in angustia ꝺstituti. ⁊ factus ē eoꝝ ꝓnceps. ꝓmo reg. xxij. ⁊ dr̃ ista nõ loquit̃ hic qa de ista fuga intitulatus est alius psalmꝰ. l. centesimus. xlj. secundũ q̃ dr̃ hiero. in ꝓlogo sup ꝑs. Secundo q̃n saul ꝑsequebat̃ dauid sup abruptissimas petras q̃ solis ibicibus sunt puie. ut hẽt̃ ꝓmo reg. xxuij. ⁊ tunc saul ꝫ intrauit eãdẽ spelunca ad purgandũ uentrem. dauid ãt ⁊ uiri eius fugiẽtes saul prius intrauerãt eandem speluncam latitantes in interioꝛi eius ꝑte. ⁊ tunc uiri dauid uoluerunt saulem occidere. sꝫ dauid hoc ꝑdiuit. ⁊ silenter oraꝝ clamidis saul abscidit. ⁊ cũ exisꝫ saul de spelunca post eum abijt clamãs et ostendens ei pannum ꝑcisum in argumentũ quod potuerat eum occidisse si uoluisꝫ ꝙ recognoscens saul gratias egit ipsi dr̃ ⁊ recedẽs cũ exercitu suo a ꝑsecutione dauid tũc ad tẽpus cessauit. Et de fuga dauid ad hanc spelũcam loquit̃ titulus huiꝰ psalmi. ⁊ sic pꝫ ultima pars huius tituli. Ad intellectuꝫ uero prime partis patet ex

dictis q̄ dauid ¦erat in ꝑiculo mortis qñ fugit ad ſpeluucā illaz. ꝑpter qđ in titulo hꝰ ꝑſalmi loquēs de deo dixit¦ Ne diſp/das¦.i. ne diſpdi ꝑmittas¦ dauid mictam¦ ideſt ipius dauid cāticum decens uel ſuaue ut dicit ra.ſa. quaſi diceret dauid. ſi ꝑmit teres me pire nō poſſum ſ ampliꝰ cantica dulcia ad laudē tuā facere ⁊ dicere. quod aūt ꝑponit¦ ad victoziā¦ſignat conatuz le uitaz in cantu hꝰ ꝑſalmi. ut freq̄nter dām eſt. Secundū alios uero¦mictā¦ ſignat būi lem ſimplicē. ut dictum ē ꝑſalmo ꝓcedenti ⁊ ſic poſuit biero. titulum hꝰ ꝑſalmi dicēs ¦ꝓ victoria utꝰ nō diſpdas dauid būilem ⁊ ſimplicem qñ fugit a facie ſaulis ſpelun cā¦⁊ pz ſentēciaꝰ ex dictis. Igit ꝑſalmꝰ iſte in tres partes diuidit. q̄a primo ponitur ipiꝰ dauid anxia ¦depcatio. ſecūdo diuina exauditio ibi. ¶Diſit de celo. tercio gratia rum actio ibi. Exaltare. Circa primuz di cit¦¶Miſerere mei deus miſerere mei¦⁊ ſe/cundum q̄ dicit ra.ſa. ſemel dicit miſerere deus potens ne occideꝛ a ſaule. ſecundo petens ne ſaul occideꝛ ab ipo. uñ ⁊ tūc dixit dauid ꝑpitius ſitꝰ mihi dñs ut non mittam manū meā in xp̄m domini. primo reg. xxiiij. pōt etiā dici q̄ replicat. miſeꝛ re mei. ad maiozē effectus ſui exp̄ſſionem ſicut frequent̄ fit in oz̄ationibus deuotis ¦Quoniaz ī te confidit aīa mea¦ꝫhoc dicit allegādo q̄ deus debeat ſui miſereri q̄a p̄ uium eſt ipiꝰ p̄ſtare miſericozdiā illis q̄ habēt ī ipo fiduciam¦⁊ ī umbza alaꝝ tuaꝝ ſpabo¦ſicut pullis ab alis matris ſue. ne rapiat̄ a miluo¦donec trāſeat iniq̄tas¦.ſ. ſaulis me pſeq̄ntis¦ clamabo¦ cozde ⁊ oze ad deum altiſſimū¦⁊ p oſequēs potētiſſi/mū ad me ſaluandum¦ deū q̄ bñfecit mihi de ꝑterito ⁊ ſic ſperet q̄ faciet de futuro in trāſlatione biero. hēt¦ deū ultoꝛē meū q̄a nolebat accipe ultionē de ſaul manu ꝑ ꝓpria. ſz expectabat eam de manu diuina. unde dicebat ulciſcat̄ me deus ex te. ma/nus aut̄ mea nō ſit in te ꝑmo reg. xxiiij ¦¶Miſit de celo¦ihic oſequenter deſcribit̄ diuina exauditio cum dō¦miſit de celo ⁊ li berauit me¦omne. n. bñficiuz a deo p̄ſtitū conuenienter dicitur celitus datum¦ dedit in oppzobziū oculcātes me¦.ſ. ſaul ⁊ uiros eius q̄rentes me occidere. ⁊ ſic me dare in oculcationem hominū ⁊ beſtiaꝝ. Quod āt dauid tunc exꝓobauerit ſauli ⁊ uiriſ eius hēt̄ ꝑmo reg. xxiiij. ubi dicit̄. dixitq̄ ad ſaul q̄re¦audis¦ uerba hominū loq̄ntiuz. da uid q̄rit malum aduerſum te ⁊c. ⁊ poſtea quē pſequeris rex iſrabel. canē mortuum pſeq̄ris ⁊ pulicem unū. q. diceret hoc uer tit̄ in oppzobziū tuū¦miſit deus miſericoz diam ſuā ⁊ ueritatē ſuam¦. i. iuſticiam ſuā quia ſemp ꝓcomitant̄ ſe in opibus diuis. ¦⁊ eripuit aninimam meā de medio catulo rum leonum¦.i. hominū ferociū. cuiuſmōi erāt ſaul ⁊ ſatellites eius¦ dormiui contur bat¦ q̄ñ fui in pſecutione eoꝝ poſitus. hō enim poſitus in tali pſecutione nō ſpoteſt dormire quiete. In trāſlatione biero. hēt¦ anima mea dormiuit in medio leonū fero ciumꝫ pōt reduci ad eandē ſententiaz. ut pz¦filij hominū¦cum ſaule exiſtētium¦ dē tes eoꝝ arma ⁊ ſagitte¦q̄a pati ſunt ma la dicere de ꝑpe p obiurgationē ⁊ de lon ge p detractione ſicut ſagitte a longe p cutiunt¦⁊ lingua eoꝝ gladius acutus¦ q̄a ſicut gladius acutꝰ ſepat coniuncta na/turaliter. ſic doeg ⁊ alij ꝓſimiles p ſuas detractiones ⁊ oblocutiōes diuidebāt ami citiam inter dauid ⁊ ſaulē. cū tamen ſaul deberet eum naturaliter diligere ſicut gene rum ſuū¦ Exaltare¦ihic cōq̄nter ponit̄ gr̄aꝝ actio¦cū dō¦ Exaltare ſup celos¦.i. laus tua magnificet̄ ab angelis ſanctis¦⁊ in ōmnē terrā gloria tua¦ſupple magnifi cet̄ a cunctis¦ hominibꝰ deuotis ⁊ ſubdit cām ex parte ſui dicens¦ laqum pauerunt pedibus meis¦.i. poſuerūt¦ inſidias ad me capiendum¦incuruauerūt aīam meā ¦.i. in curuare uoluerūt uitam meā deicīēdo me ī moꝛtē¦foderūt āte faciē meā foueam¦q̄rē tes me ad moꝛtem¦⁊ inciderūt in eā¦quia ſaul in quo tanq̄s in ꝓncipe erat totus ex ercitus in uirtute intrauit ſpelūcam in q̄ dauid potuiſſz eū ſi uoluiſſet occidere ut p dictum eſt. ⁊ quia ex hoc hēbat materiaz laudandi deū ſubdit¦ paratū coꝛ meū deꝰ

ad te laudandum ⁊ tibi ſeruiendum. ⁊ re/plicat idē dicens¦paratū ⁊c¦ad oſtendēdū magnum effectū. ⁊ eodē modo dō¦cātabo ⁊ ꝑſalmū dicam¦q̄a ē replicatio eiuſdē per alia uerba¦exurge gloria mea¦ gloria eſt clara noticia cum laude. ⁊ ſic¦ dauid ſeip̄m excitat ad recognoſcēdum ſ diuina bñficia in laudibꝰ diuinis¦exurge ꝑſalteriū ⁊ cy/thara¦hoc dicit̄ quia aliq̄ laudes diuine ꝛ uenientius cātabantur in ꝑſalterio ⁊ aliq̄ magis in cythara¦ Exurgam diluculo¦.i. ꝑmpte ⁊ expedite aīo uolenti¦confiteboꝛ tibi in populis dñe¦ꝑuidit. n. dauid in ſpū q̄ laudes diuine ab eo cōpoſite cantande erant in futuro in diuerſis ppl̄is ⁊ genti bꝰ. ſicut adimpletū uidemꝰ¦q̄a magnifica ta eſt uſq̄ ad celos mīa tua¦hoc fuit adi/pletum tempoze ioſue q̄ndo ſol ſtetit ſpa cio unius diei ut iſrabel hēret plenam ui ctoziam. ut hēt̄ ioſue. x.¦⁊ uſq̄ ad nubes ueritas tua¦quod fuit etiam tūc adipletuz q̄ndo dñs miſit lapides magnos de nubi/bus ſup aduerſarios iſrabel ut ibidē ha/bet̄ ¦exaltare ſup celos deus ⁊c¦exponat̄ ſicut ſupra. ¶Mozaliter pōt exponi ꝑſalmꝰ iſte ſicut ꝓcedens. q̄a ē ſimilis materia in utroq̄ ⁊ eadē diuiſio ut pz ꝑ ꝓdicta.

In ꝑſal. lvj. ¶Miſerere mei. ꝑubi dō in po ſtilla. ¶Magnificata ē uſq̄ ad celos miſeri cozdia tua.

Additio.

Ulla rō uidet̄ q̄re ſtatio ſolis miraculoſa tēpoze ioſue attri buat̄ mīe diuine ⁊ miſſio lapi dum de nubibꝰ attribuat̄ di uine ueritati cū utꝝq̄ ꝓtineat ad mīam uel iuſticiā ſeu potentiā ⁊ huiuſmōi. Sz ſen ſus ꝑpus hꝰ uerſus. ſ. magnificata ē uſq̄ ad celos mīa tua ⁊ uſq̄ ad nubes ueri tas tua. hēt̄ in additōe ſup ꝑſalmū. xxxv ubi ſimilia uerba ponūt̄. ſ. dñe in celo mi ſericozdia tua ⁊ ueritas tua uſz ad nubes uide ibi.

Quere utiq̄s. ¶Huic ꝑſalmo ꝓe mittit̄ talis titulus in hebzeo ſecūdū ra.ſa.¦ad uictoziam ne diſpdas dauid ſuaue canticum ſiue decens ſecundū uero biero.¦titulꝰ talis ē¦ uictozi ut nō diſpdas dauid humilē ⁊ ſimplicem¦ ⁊ pz expoſitio utriuſq̄ ꝑ ꝓdicta in titulo ꝑſalmi ꝓcedentis. ¶De materia uero hꝰ ꝑs dicit ra.ſa. q̄ dauid fecit būc ꝑſalmum q̄ñ ſaul ad denūciationē zipheoꝝ exiuit ¦cum tribus milibꝰ uiroꝝ electoꝝ ad querendū dauid. ut hēt̄ ¦ꝑmo reg. xxvj. quod cū co/gnouiſſz dauid ꝑ explozatozes ſuos acce/ptoꝰ ſecum abiſai clam uenit ad caſtra ſau lis de nocte ⁊ iuenit oēs dozmiētes. ⁊ cuz abiſai uellet ſaulem occidere dauid hoc ꝑ hibuit. ⁊ aſſumpta haſta q̄ erat ad caput eius ⁊ cipho aq̄. receſſerūt inde. cūq̄s eēnt ſic elongati q̄ erant ī loco tutō dauid cla mauit fortiter. euigilans abner ⁊ ppl̄m in culpans eos de hoc q̄ male cuſtodierant dām ſuum oſtendens ꝑ haſtā ⁊ ciphuz aq̄ quod potuerat ſaulē occidiſſe ſi uoluiſſet. ⁊ ꝑ hoc declarauit malicia ſaulis ⁊ aliozuz ipm̄ inocentem pſeq̄ntium. Igit̄ ſecundū hoc ꝑſalmꝰ iſte diuidit̄ in duas partes. ī ꝓma dauid oſtēdit ſaulis ⁊ ſatellitū ſuoꝝ maliciam. ⁊ in ſecūda ꝓdicit penā debitaz ibi. deus cōteret. Circa primū dicit¦Si ue ro utiq̄ iuſticiam loq̄mini¦.i. ſ ultis loq̄ iuſticiam¦ recte iudicate¦.q. diceret ꝑ haſtā ⁊ ciphū aq̄ poteſtis manifeſte ꝑpendere iuſticiā ⁊ ī nocentiā meam erga ſaul ⁊ eiꝰ malicia cōtra me¦filij hominū¦ rōnabiliť ⁊ iuſte uiuētium. tales. n. fueruut patriar che ex q̄bus deſcenderat ſaul ⁊ ppl̄s eius ⁊ ex hoc deberent moueri ad recte iudicā dum ⁊ uiuendum ſed quia faciebant ↄtra rium. ideo ſubditur¦etenim in cozde iniq̄ta tes operamini in terra¦ ideſt iniquitates quas cogitaſtis in cozdibus uestris opere adimpletis¦⁊ in iuſticias manus uestre cō cinnant¦ideſt ozuant uel palliant apparē ti iuſticia ⁊ falſa. In hebzeo habetur¦iniq̄ tatem manibus uestris contra ponderate ideſt iniquitatem qua me ꝑſequimini pon derate ↄtra innocētia meā ut ſic uideatis eiꝰ grauitatē¦ab ea ceſſetis ⁊ eandē ſentē ciā bz lr̄a biero. que talis eſt¦ iniquitates manuū uestraꝝ appēdite¦.ſ. ī ſtatera iuſta

modo iam dicto alienati sunt peccatores a
uulua ꝛc hoc dꝫ p tanto. qa homies puer
si in suis opibus dicunt male nati secūdū
dez modꝫ loquēdi. Ra. sa. expōit hic dꝫ illꝫ
q cum adhuc in utero matris exītes per
aliq signa figurat eoꝝ uita mala futura.
sicut esau in utero mris ipellebat fratrez
suū iacob furoz illis secundū similitudinē
serpentis in hebreo hēt uenenū illis et
ad eundem sensū refert qa serpentes ex
ira ꝛ furore effundūt uenenū sicut aspidis
surde ꝛ obturantis aures qa uidens incā
tatorem ponit unā aurem ō terram ꝛ aliā
obturat cauda sua ne audeat carmen incā
tatoris si peccatores obstinati qualis erat
saul ꝛ eius uiri nolētes audire unde reuo
cētur a suo errore. Deus oteret. Hic cōse
quēter dauid pdicit penam talib debitaz
ꝛ primo pdicit hꝫ penam. secundo utilita
tē inde seqntē ibi. letabit. Circa primum
dicit sic deus cōteret dētes eoꝝ qbꝫ mor
debant alios uerbis iuriosis ꝛ detracto
rijs. dicebant. n. ipm dauid esse reum cri
mine lese maiestatis cum tū bonum regis
ꝛ regni qsiuisset molas leonū ferotium
idest saul doeg ꝛ sīmiliū. ad modū leonis
ferotium confringet dns quod fuit ipletū
in monte gelboe ubi moztuus fuit saul et
doeg ꝛ multi alij ad nihilum deuenīēt tā
qz aq decurrens qa regnū fuit amotum a
saul ꝛ posteris eius tendit archum suum
donec infirment jistud pōt referri ad deū
qui pcussionem maloꝝ secūdum ordinē iu
sticie sue parat inferēdam debito tempore
pōt etiā referri ad quēlibet obstinatuz in
suo malo q semp tendit archū sue malicie
ad nocendū alijs qdiu pōt uiuere. Et hunc
ordat translatio q sic hz intēdāt archū
suū donec cōterant. sicut cera q fluit aufe
rent doe presenti uita morte repentina. in
hebreo hēt qsi limax tabefactus auferē
tur ꝛ in translatione hiero. qsi uermis
tabefactus ptranseāt ꝛ ē eadē sententia
ꝛz sint alia uerba. qa p utrqz designatur
subtractio peccatoꝝ repētina sup cecidit
ignis i. punitio a deo īmissa non uide
runt solē subtracti de hoc mundo p mor
tem. In hebreo habetur cecidit abortiuū
mulieris quod nō uidit solē ꝛ similiter in
translatiōe hiero. ꝛ est eadem sententia. p
hoc. n. intelligit punitio diuina q peccato
res ad nihilum deducit priusqz intelligēt
spine uestre ramnū sp spinas itelligunt
hic filij paruuli iniquoꝝ ut dicit ra. sa. per
ramnū. qui acutius pungit intelligūt filij
eoꝝ adulti qui plus de malo sciūt ꝛ faciūt
ꝛ secundum hoc est sensus pusqz intellige
rent spine uestre i. anteqz filij uestri par
uuli hērent tantum itellectū quod possent
illa male agere sicut adulti sicut uiuentes
sic in ira absorbet eos i. idest eo tēpore quo
sperabitur de duratione uite eorum deus
auferet eos subito de psenti uita. in tran
slatione hiero. sic hēt anteqz crescant spi
ne uestre in ramnum i. idest anteqz uenīat
ad maliciam ramni modo supra expositō.
q. q. uiuentes. q. in ira tēpestas rapiet eos
ꝛ est littera planior ꝛ eadem sententia. in
hebreo autem habet sicut uiuens sic ī ira
absorbet eos ꝛ refert ad deum qui sicut
uiuens idest uiuidus ꝛ fortis cuius potesta
ti non pōt resisti sic in ira absorbet eos
auferens repentine de psenti uita. Letabi
tur. Hic osequenter ponit utilitas seqns
ex maloꝝ punitiōe cū dō letabit iustus cū
uiderit uindictā i. peccatoꝝ punitionē ñ
motus zelo uindicte ppe. sz zelo diuine iu
sticie manus suas lauabit i. opa sua ma
gis iustificabit secūdū illud apoc. xxij. iu
stus iustificet adhuc in sanguīe peccato
ris i. in punitiōe eius q ē occasio melioza
tionis uite sue secundū illud puer. xxj. mꝫ
ctato pestilētie sapiētioz erit paruulus ꝛ
dicet hō i. q cūqz rōnabiliter loquēs si uti
qz ē fructꝫ iusto ꝛ accipit hic si p qa. qa
ex punitiōe pcoꝝ. affirmabit pmium iu
stoꝝ p locū a ꝛijs utiqz ē deus iudicans
eos in terra i. dans sentēciā p eis nō so
lum in futuro sz etiā frequēter in psenti.

In psalmo. lxij. Si uero utiqz.

Additio.

Ateria hꝫ psalmi scd'm quosdā
hebreoꝝ expositoꝛ uniuersali

quosdā hebreoꝝ expositores uniuersali
ꝛ proprius potest assignari scilicet ut ex
ponat de falsis iudicibus qq ptendūt se iu
sticiā diligere. ꝛ tñ iudicia falsa pferunt q
bus ps. exprobās alloqt si uero utiqz
iusticiā loqmini recte iudicate hoc ē dicer
si iusticiā quā uniuersaliter loqmini iudicijs
pticularibus applicaretis de beretis recte
iudicare. sed tamen oppositum facitis
quod declarat dicēs. Eteni in corde ꝛc ex
ponat put in postilla. Et quia cōmuniter
tales falsi iudices occultant suā falsam iu
sticiā sub coloribus apparentibꝫ. iō seqt
Iniusticias manus uestre i. ozant put
in postilla. in hebreo hēt iniqtatem ma
nus uestre ponderāt ꝛ ē sensus. taliter com
pōderatis in falsis stateris. rōnes falsas ꝛ
apparētes cum ueris ꝛ ueridicis ac si eēnt
eiusdē ualoris. Cetera aūt exponant ut ī
postilla applicando ea uniuersaliter iudici
bus iniquis quos deus iudicat quandoqz
in psenti p repentinā ꝛ subitā eradicatiōez

Ripe me. Hunc psalmo ipmitti
tur talis titulus in hebreo ad
uictoriā ne dispdas dauid cāti
cum decens qñdo misit saul ꝛ
custodierūt domū ad occidendum eum hoc
hēt primo reg. xix. q saul uoluit pcutere
lancea dauid psallētem coram eo. sz declina
uit dauid ictum. ꝛ uit ad domū suam. ꝛ tūc
saul misit satellites suos nocte illa in do
mū dauid ut custodirent ꝛ iterficeret ma
ne. quod cū ānunciasset michol ipi dauid de
posuit eū p fenestrā ꝛ sic abijt ꝛ saluatus
est. igit quia tunc fuit dauid in mortis pi
culo. ideo sic incepit titulū hui psalmi ne
dispdas i. dispdi pmittas tu dne de me
dauid cāticū qa si piret ulterius laudes
tuas nō cātaret in trāslatione hiero. inci
pit sic titulus uictori ut non dispdas dꝫ
humilē ꝛ simplicē presiduū hꝫ tituli ē sicut
in hebreo. Et ex supra dictis pz etiā actor
hꝫ psalmi. s. dauid ꝛ materia eius in gene
rali. Ad habendū āt ei noticiā in speciali.
psalmꝫ iste diuidit in tres ptes. qa p mo
ponit ipius dauid deuota petitio. secundo
dei exauditio ibi. ꝛ tu dne. tercio p exau
ditione gratiarum actio ibi. Ego autem
cātabo. pma adhuc in tres. qa primo dauid
in sua petitiōe allegat suā augustiā. secun
do ppriam innocentiā ibi. neqz iniquitas
tercio aduersarioꝝ nequiciā ibi. intende.
Circa primū dicit Eripe me de inimicis
meis deus meus i. q. d. nō possum eripi sin
tuo adiutorio ꝛ ab insurgētibꝫ in me libe
ra me quia ad captāduz saulis beniuolen
tiā multi insurgebāt ad capiendum dauid
quāuis esset innocēs. iō subdit eripe me
de opantibus iniqtatē quia scient pseq
bant innocentē ꝛ de uiris sanguinū sal
ua me i. de uiris patis ad effundēdū san
guīes innocentū qa ecce ceperunt aīam
meā i. meipm a parte principali q est aīa
designās totū. reputabant. n. se dauid ce
pisse. eo q custodiebant domū i qua erat
reputantes quod nō possz eos effugere.
iō subdit irruerūt in me fortes quoꝝ for
titudini ñ possum bellando resistere. Ne
qz iniqtas hic cōsequēter, allegat suā inno
centiā dicens neqz iniquitas mea peccādo
ō primū neqz peccatum meū peccando ō
deū supple meruerūt istam psecutionē. iō
subdit sine iniquitate cucurri curru uite
psentis ꝛ direxi gressus meos ad finē debitaz
in trāslatione hiero. hēt ꝛ illi currūt ꝛ p
parant ꝛn secūdū hoc refert ad satellites
saulis q discurrebāt tanqz pati ad dauid
occisionem. ideo subdit exurge in occursū
meum ꝛ ad liberandū me anteqz me occi
dant ꝛ uide meam inocentiam ꝛ eorum
maliciam ꝛ tu domine ꝛn p id est. i. tu do
mine deus uirtutum idest angeloꝝ deus
israhel ip ueram fidem ꝛ specialem cultuz
Intende hic cōsequēter ut sua oratō sit
exaudibilis allegat aduersarioꝝ maliciaz
ꝛ primo explicat eorum culpam. secundo
predicit penam debitam ibi. Deus ostē
dit. Circa primum dicitur intende ad ui
sitandas omnes gentes qui diuina prouī
dentia se extendit ad omnes tam iustos
quā iniustos ad reddēdū eis secūdū merita
ꝛ demerita. iō subdit ñ miserearis oibus
q opant iniqtatē ex certa malicia ꝛ obsti

conuertentur ad ueſperam ſatellites. n. ſaul uenerunt in ueſpe ad cuſtodiendū do mū dauid de nocte ut p̄dictuz e ⁊ famē pa cient ut canes .i. magno deſiderio q̄ren tes occidere dauid in hebꝛeo hēt ⁊ latrēt ut canes .q.a inter ſe loquebant quomō eū occiderēt ⁊ circuibūt ciuitatē .q.a ſoluz cu ſtodiebāt domū dauid. ſed alīq eoꝝ curre bāt p̄ uicos ne manus eoꝝ euaderz. uł q.a poſtq̄ ſciuerūt eum fugiſſe ſcrutabantur loca ciuitatis ſi forte alicubi lateret ecce loquent in oze ſuo ⁊ gladi⁹ in labijs eoꝝ .q.a inter ſe tractabāt de ipius dauid occiſi one quoniā quis audiuit .i. ac ſi null⁹ eos audiret. unde in trāſlatiōe hiero. hēt q̄ſi nēo audiat tū michol audiuit ⁊ ipi dauid annūciauit Et tu dñe illic ꝛſequēt deſcri bit petitionis exauditio. ⁊ p̄mo q̄ntuz ad ipius dauid liberationē. ſecūdo q̄ntum ad aduerſarioꝝ punitionē ibi. deus oſtendit. Circa p̄mū dicit ⁊ tu dñe deridebis eos fruſtrādo eos ab intento .q.a cū obſideret domū dauid fugit p̄ feneſtrā ut p̄dictuz e. ad mbilū deduces oēs gentes malignan tes ſiłr ſicut ⁊ iſti foztitudinē meā ad te cuſtodiā .i. exponendā tuo ſeruitio .q.a de⁹ ſuſceptoꝛ me⁹ es liberādo me a q̄rentib⁹ me occidere deus meus mīa eius ꝓueniet me .q.a de⁹ miſericoꝛditer liberauit dauid ātēq̄ ueniret mane i quo ſaul diſpoſuerat eū occidere deus oſtēdit illic ꝛſequnter po nit exauditio petitionis dauid q̄ntum ad aduerſarioꝝ punitionē cū dz deus oſten dit mihi ſup īimicos meos .i. ſup ſaul ⁊ ſa tellites ſuos ne occidas eos ulciſcendo te manu ꝓpria .q.a hoc faciam p alios in iu ſticia mea lz āt nō ſit ſcriptum q⁹ de⁹ moz tē ſaulis ⁊ ſuoꝝ ſatellitum dauid reuelaue rit tū hoc credendum e. eo q⁹ cū eſſet pro pheta hoc dicit ⁊ hoc dauid adipleuit. .q.a ſauli bis manib⁹ eius tradito a moꝛte pe pcit. ut hēt reg. xxiiij. ⁊. xxvj. ne q̄ ob liuiſcant populi mei ſuis p̄ſecutoꝛib⁹ mi ſereri. hec. n. miſericoꝛdia dauid regis da ta e i exemplū totius plebis diſpge illos in uirtute tua hoc fuit adipletum i mōte gelboe q̄ndo coꝛam philiſteis ceperunt p diuerſas uias fugere p̄mo reg. ul. deli ctū oꝛis eoꝝ ſermonē labioꝝ ipoꝝ ſuma tur. littera depone. Et dz delictum oꝛis eoꝝ .q.a uerba .q.bus ſaul ⁊ doech diſpo nebāt dauid interficere fuerūt depoſita ⁊ delecta q̄ deciderunt in mōte gelboe ⁊ cō prehēdant in ſuphia ſua quādiu. n. ſaul fuit humilis placuit deo ⁊ electus fuit in regez ⁊ q̄ ſupbiunt dñs eū abiecit. ut hēt p̄mo reg. xv. ⁊ execratione ⁊ mēdatio an nūciabunt in ſumatiōe .q.a iminēte moꝛ te ſaulis repbenſus fuit a ſamuele ſibi ap parente de trāſgreſſionibus ſuis. ut hēt p̄mo reg. xxviij. ⁊ ſcient p expientiā pu nitionis ⁊ reuelationē ſamuelis .q.a deus dominabit iacob tranſferēs regnum ad dauid ⁊ domum eius conuertent ad ueſpe ram ⁊ famē pacient iſtud refert ad famē inductā tēpoꝛe dauid in terra iſrahel. ut hēt ſecundo reg. xxi. que fuit inducta a deo tribus annis ꝓpter peccatum ſaulis qui iniuſte occiderat gaboanitas ut ibidē dic. ⁊ ideo illi de cognatione ⁊ tribu ſau lis in illa fame fuerunt grauius afflicti ⁊ quantum ad hoc dicit conuertent ad ue ſperam reuertendo ad ꝓprias domos de agro uel alio laboꝛitio ſicut moꝛis e ⁊ fa mē pacient quia non inueniēt ibi unde re ficiant circuibunt ciuitatem querendo ui ctum p̄ mendicitatē ipſi diſpgentur tran ſeundo ad alia loca que tempoꝛe illius famis erant minus afflicta ad manducan dum ideſt ad querendū uictum ſi uero nō fuerūt ſaturati ⁊ accipit hic ſi p quia .q.a nō inueniebant ad ſufficientiā. iō ſubdit ⁊ murmurabunt p ipacientiā. .q.a multi eoꝝ ipacienter illā penuriam ſuſtinebant Ego autē hec eſt ultima ps hui⁹ pſal. in qua ponit ipius dauid gr̄az actio p̄o ſua liberatōe cū dr Lego autem cantabo .i in deuotis canticis laudabo foztitudinem tuam quia me eripuiſti de inſidijs ſaulis ⁊ exaltabo mane mīam tuam .i. ſummo mane ſurgam ad magnificandū miſericoꝛ diā tuam ſubdit cām quia factus es ſuſce ptoꝛ meus de aduerſarioꝝ meoꝝ manib⁹ i die tribulatōis mee .q.a diſponebāt oio

me occidere adiutoꝛ meus tibi pſallam q̄ repetitio ē eiuſdem ſententie ad maioꝛem exp̄ſſionē deuotionis ſue. Moꝛaliter p̄t exponi pſalmus iſte de quolibet fideli in angustia exiſtente qui p p̄ces ſuas meret liberari ⁊ pſecutoꝛes ſuos puniri. Allego rice uero exponit de xp̄o p dauid figura to qui cuſtoditus fuit in ſepulcro. tanq̄ al ter dauid in domo. ſz hoc nō obſtāte p ui tutā potētiā reſurrexit. ⁊ iudei qui illū i ſe pulcro fecerāt eam cuſtodi in penā huius fuerunt p romanos captiuati ⁊ p oꝛbem diſpſi. tū ad ueſpam huius mūdi cōuerten tur ad xp̄m ⁊ famē pacient p fidei xp̄ia ne zelum ō hereſes ſicut canes latrantes ⁊ fidē xp̄i cū feruoꝛe magno ⁊ deſiderio p̄dicātes. ſed de hac expoſitione breuit p trāſeo q.a diffuſe tradit in gloſa. ordina ria ſup libꝛum pſalmoꝝ. In pſalmo .lviij. Æripe me.

Additio.

Ittera hui⁹ pſalmi p magna parte nō p̄t applicari ad hi ſtoziā illam p̄mo reg. xix. .f. q̄n miſit ſaul ſatellites ut cuſtodi rent dauid in domo ſua ut interficeret nē nō. n. recte appꝛopiat huic ꝓpoſito q̄d dz Et tu dñe deus uirtutū intende ad uiſitā das oēs gentes nē. Cū iſte caſus fuit ſin gularis in quo uiſitatio diuina ſe nō extē debat ad oēs gētes ſz tantū ad liberatōz ſuoꝝ. Etiā ſi dicat .q. liberatio ip̄i⁹ dauid quodāmodo ſe extendebat ad totuz ꝓpłz iſrahelis. eo q⁹ erat ip̄oꝝ rex futur⁹ adhuc ip̄oꝛe ſeu iptinent diceret ſuper hoc. Ad uiſitādas oēs gētes .f. ubi dz. Ne occidas eos ne q̄n obliuiſcant pop̄l mei ſz diſpge illos in uirtute tua nē. Dice re etiā q⁹ deus p̄ceperat dauid q⁹ non iter ficerz ſaul ne obliuiſceret pp̄s miſereri pſecutoꝛib⁹ ſuis e omnino ſine fūdamēto nuſq̄. n. tale legit i hyſtoꝛia p̄pa ip̄i⁹ dō nec ipe dō abſtinuit ab occiſione ſaul ex mīa ſz potius ex fidelitate. ut p̄mo reg. xxvj. ca. quis mittet manū in xp̄m deū nē ſimiliter cū dicit. diſpge illoſ i uirtute tua quod ꝓpie intelligit de aduerſarijs non fuit adipletum i gelboe ut dic poſtillatoꝛ nā ibi ſaul ⁊ doech q fuerūt p̄cipales ad uerſarij occiſi ſunt ⁊ nō diſpſi. ſiłr dicere q⁹ illud qd legit. Cōuertent ad ueſperaz ⁊ famē patient ut canes nē. referendū eſt ad illos de cognatione ſaulis q fuerunt i illa fame grau⁹ afflicti q̄s ceteri eſt oīo ſine fundamēto. uā in illa hyſtoꝛia. ij. reg xxj. ubi de hac fame agit nihil legit ſpā le de cognatione ſaulis q̄ntum ad hoc pa teret grauioꝛē famē q̄s ceteri Inſuper. et ueritas hebꝛaica in hoc loco ubi nos habe mus. tū paciēt hēt. ⁊ rugient ut canes. Uñ uerius dicendū e ⁊ magis lr̄e cōſonuz q⁹ lz in hoc pſal. agat ſaltem in ſui p̄inci pio ⁊ forte etiā in fine de cuſtodia dauid p ſatellites ſuos q̄ fuit figura xp̄i i ſepul cro a militibus cuſtoditi. tamen p magna pte pſalm⁹ iſte ad litteram trāſit ad agē dum de re figurata. ſ. de xp̄o in ſepulcro cuſtodito ⁊ de eius reſurrectione ⁊ pena aduerſarioꝝ ⁊ etiam d reconciliatōe eoꝝ ꝓut plene in gloſa ordinaria hēt nec eſt iſte ſenſus allegoꝛicus ꝓut poſtillatoꝛ dic ſz ꝓpe litteralis tanq̄ ex neceſſitate lr̄e conſurgens. Si autem obiciat de titulo i quo continet. quomodo miſit ſaul ⁊ cuſto dierunt domum ad occidendum eum. Ex quo uidetur q⁹ materia huius pſalmi refe renda eſt tantum ad illam cuſtodiā ipſius dauid ⁊ eius liberationem ⁊ huiuſmodi. Ad hoc reſpondetur q⁹ illa uerba tituli nō denotant q⁹ tota materia pſalmi litteral ſit de illa cuſtodia dauid ſed tantuz q⁹ p̄s fuit factus a dauid tempoꝛe illius cuſto die. non enim dicit titulus q⁹ illud canti cum eſt de miſſione ſaul ad cuſtodiam da uid in domo nē. ſed q⁹ fuit factus quando miſit nē. unde titulus demonſtrat tempus editionis pſalmi non materiam ſicut in multis pꝛophetic locutionibus hoc habe tur. unde yſa. ſexto capitulo cum legitur In anno quo moꝛtuus eſt rex oſias ecce. non intelligitur q⁹ illa reuelatio prophe tica debeat itelligi tantum de moꝛte oꝛie q.a multa maioꝛa ⁊ diuinioꝛa fuerūt yſaie

47

iustis usq; ad finē mundi cui succedit pax celestis que exuperat omnem sensuz.⁊ sic manet eternaliter a parte finis sicut ⁊ luna que est incorruptibilis. Et dominabitur. Hic consequenter describitur magnitudo regni cristi.⁊ primo quantum ad eius dilationem.secundo quantum ad fame diffusionem ibi. Sit nomen. prima in duas. quia primo describitur regni dilatatio.secundo adducitur ad hoc ratio ibi. qui liberabit. Circa primum dicitur.⁊ dominabitur a mari usq; ad mare.idest super totam terram mari circundata.licet enim oceanus sit unum mare . tamen secundum diuersas sui partes uarie nominatur. ut pote mare orientale a parte orientis.⁊ eodem modo a parte austri ⁊ aquilonis. In omnibus enim istis terris aliqui receperunt fidem cristi per predicationem apostolorum aliorumq; discipulorum secundū q̄ dictum fuit supra psalmo. xviij.exponēdo illud. In omnem terram exiuit sonus eorum ⁊c. ⁊ a flumine scilicet paradisi terrestris usq; ad terminos orbis terrarum idest usq; ad terminos orbis constituti circa terram per circuitum.⁊ isti termini protenduntur usq; ad ultimum celum ⁊ tantum protendit potestas cristi. propter q̄ dicit math. ultimo. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Ex predictis patet q̄ psalmus iste non potest uerificari de salomone.quia pax que fuit sub eo nō multum durauit.sed eo mortuo statim regnum eius scissum fuit tercio reg. duodecimo.immo ⁊ ante mortem salomonis dominus ei aduersarios propter eius peccata suscitauit tertio reg.undecimo. Item quia monarcha non fuit sed tantum in iudea ⁊ in aliquibus terris propinquis regnauit. Coram illo procident ethyopes. hoc conuenienter potest exponi ad litteram de celeri conuersione ethyopum ad cristum ad predicationem beati math ei sicut dictum fuit supra psalmo. lxvij. Exponendo illud. Ethyopia preueniet manus eius deo. Et secundum hoc dicitur hic. coram illo procident ethyopes.fidem eius humiliter recipiendo ⁊ eum deuote adorando. Et inimici eius terram lingent. idest ethyopes qui prius erant inimici eius per ydolatriam inclinauerunt se ad ipsum ad adorandum deuote ac si terram pre deuotione et humilitate uellent lingere.⁊ hoc impletus fuit dictum ysa.lx.capitulo. Uenient ad te qui detrahebant tibi ⁊ adorabunt uestigia pedum tuorum. Aliter exponitur ab aliquibus. ⁊ inimici eius. de iudeis obstinatis contra cristum. qui in obsidione titi fuerūt ita fame cōstricti q̄ ipsi querebāt ad comedendum illa que de emundatione cibi fuerunt proiecti ad terram ⁊ interquiliis.sed littera magis continuatur secūdum primam expositionem. Reges tharsis ⁊ insule munera offerent. hoc exponi tur ab aliquibus de regibus qui uenerāt adorare cristum qui erant de illis ptibus potest etiam hoc exponi de pluribus paribus uel nationibus que hic nominantur quarum reges ⁊ principes fidei cristi acceperunt ⁊ munera deuote dederunt ad ecclesiarum constructionem ⁊ pauperum cristianorum sustentationem. Et adorabunt eum omnes reges terre ⁊c quod impletum fuit in constantini cōuersione cui tanquam monarche obediebant reges terre. Et ipse precepit ubiq; terrarum ad honorem cristi ecclesias edificari.⁊ sic omnes reges terre adorauerunt eum. idest xp̄m. quod dupliciter potest intelligi. Uno mō quia caput eorum scilicet imperator in quo omnes alij erant in uirtute adorauit cristum deuote. Alio modo potest exponi q̄ ex eius imperio permiserunt ecclesias ad honorem cristi edificari. Item alio modo potest exponi pro tempore moderno quo ydolatria cessauit in mundo . ⁊ sic omnes reges ⁊ gentes ei subite adorant unum uerum deum.et per consequens cristum qui est uerus deus.licet non omnes reges ⁊ gentes eis subdite credant deum humanatum pro mūdi salute. Quia liberabit. Hic consequenter ponitur dicte dilationis ratio que est iusticia ad quam sequit pax regni

quam desiderant omnes mortales. ut habetur hester. xvij.⁊ ideo maxime facit ad dilationem regni. Et hoc est q̄ dicitur. Quia liberabit pauperem a potēte quasi dicerz merito dilatabitur eius imperium quia potentes accepit a tyrannide super pauperes quod factum est per hoc q̄ maximi principes mundi subditi sunt iugo cristi.⁊ sic inferiores ⁊ impotentes a tyrannide eripiuntur.⁊ hoc ratione potentum ⁊ timore cristi ⁊ patet littera usq; ibi. Ex usuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum quia summus pontifex qui est cristi uicarius prohibet usuras in iure canonico. ⁊ multi principes cristiani eius edicto docti prohibent usuras ⁊ prohibuerunt ⁊ ad earum restitutionem subditos copulerunt ⁊ uiuet. hoc intelligitur de uita cristi post resurrectionem que est immortalis secundum q̄ dicitur romanorum sexto. cristus resurgens ex mortuis iam non moritur. ⁊ ideo illa uita sola dicenda est uita simpliciter.quia uita presens potius dicenda est mors quam uita.secundum q̄ dicit beat⁹ gregorius omelia. xxxv. Et dabitur ei de auro arabie quia post resurrectionem cristi multi principes ⁊ potentes ad fidem conuersi dederuut donaria preciosa ad edificationem ecclesiarum ⁊ sic uerisimile est quod dederunt de auro arabie quod est p̄ciosissimum ⁊ adorabunt de ipso semper. idest pro eis beneficijs adorabunt deum tota die. idest assidue quantum potest fieri bono modo. benedicent ei de suis beneficijs regratiando. ⁊ erit firmamentus ⁊c In hebreo habetur. erit habundantia frumenti . Et in translatione hieronimi sic dicitur. erit memoriabile triticum. ⁊ ideo translatio comunis uidetur corrupta per scriptores ex similitudine dictionum habens firmamentum pro frumentum quod exponunt hebrei dicentes q̄ in aduentu messie quem falso expectant frumēta crescent in tanta altitudine sicut cedri libani ⁊ faciunt spicas magnas ⁊ latas ex quibus uento flante decidet similia de qua iudei pro sua uoluntate poterunt saciari. Et quia istud est omnino irrationabile ⁊ erroneum.ideo melius exponitur de sacramento eucharistie in quo cristus continetur ubiq; in ecclesijs sub specie panis et tritici. propter quod se comparat grano frumenti iohan. duodecimo capitulo. Et ideo dicitur hic. erit frumentum. idest eucharistie sacramentum. in terra in summis montium. quia episcopi ⁊ sacerdotes qui in ecclesia dei sunt quasi montes sup capita sua eleuant hoc sacramentum. Sup extollatur super libanum fructus eius. quia fructus huius sacramenti extollit hominem ad altitudinem celi iohan. sexto Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum. ⁊ florebunt de ciuitate. idest ecclesia in qua uniuntur fide ⁊ caritate cristiani. Ciuitas enim est ciuium unitas. sicut fenum terre. Sicut enim fenum subito multiplicatur sic cristiani per orbem i paruo tēpore fuerunt multiplicati. Sit nomen. Hic consequenter describitur magnitudo regni cristi quantum ad diffusionem fame quia nomen cristi ⁊ cristianorum dilatum est per orbem ⁊ magis dilatabitur et hoc est q̄ dicitur hic. Sit nomen eius benedictum. idest solenni memoria diuulgatum. in secula. idest in generationibus sibi succedentibus. ante solem permanet nomen eius. quia ab eterno est nomen cristi secundum eius deitatem. Ex hoc cum precedentibus patet q̄ psalmus non potest conuenienter exponi de salomone de cuius nomine non erat uerbum nec memoria ante ipsius tempora. Et benedicentur in ipso omnes tribus terre. quia in omnibus partibus mundi benedicuntur fideles in nomine cristi. omnes gentes magnificabunt eum. tanquam saluatorem ⁊ dominum omium. Benedictus. Hic ultimo ponitur gratiarum actio pro beneficijs predictis cum dicitur. Benedictus dominus deus israhel. idest populi cristiani sicut supra expositum est. qui facit mirabilia sol⁹. maxima enim mirabilia in ministerio cristi continentur que in hoc psalmo describunt ut usum est

⁊Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum⁊quia angeli ⁊ homines sancti eternaliter laudabunt deum. secundum q̄ habetur infra psalmo.lxxxiij.⁊Beati qui habitant in domo tua domine ꝛc̄⁊ ⁊ replebitur maiestate eius omnis terra⁊ q̄ fuit impletum in missione spiritussancti quia tunc spiritus domini repleuit orbem terrarum. hoc etiam exponitur de miraculis factis per orbem terrarum ad preces sanctorum que miracula sunt maiestatis diuine declaratiua⁊ Fiat fiat⁊ Jn hebreo dicitur. ⁊amen amen⁊quod signat fideliter. ⁊ duplicatur ad designandum huius prophetie certitudinē⁊Complete sunt orationes dauid filij ysai⁊secundum hieronimum ⁊ doctores hebreos istud adiūgitur huic psalmo ⁊ ex hoc uidetur q̄ dauid fecerit hunc psalmum ⁊ nō salomon. Sed queritur hic quomodo hoc sit uerum q̄ orationes dauid in hoc psalmo sunt complete cum postea in hoc libro sint plures psalmi a dauid tanq̄ ab actore intitulati. Ad quod respondent aliqui doctores nostri q̄ hoc dicitur pro tanto. quia in hoc psalmo agit̄ de christi regno ad quod omnes psalmi facti a dauid sunt ordinati tanquam ad finem.finis autem importat complementum Aliter autem potest dici ⁊ magis litteraliter.q̄ psalmus iste secundum ueritatē fuit ultimus inter psalmos factus a dauid.tamen nō fuit scriptus in ultimo loco. quia psalmi scribebantur in libro psalmorum secundum q̄ inueniebantur sicut dictum fuit in principio huius libri ⁊ ex hoc contingit q̄ psalmus centesimus.xliij. qui fuit primo factus uel saltem de primis ponitur circa finem libri quia fuit de ultimo ⁊ uentis ⁊ eodem modo iste qui fuit ultimo factus ponitur circa medium libri quia sic fuit inuentus. Et hanc solutionem tangit Rabi salomon in glosa sua.

Jn psalmo.lxxj. Deus iudicium. ubi dicitur in postilla. Et permanebit cum sole ⁊cetera.

Additio.

Bi translatio nostra habet. ⁊Et permanebit cum sole. ueritas hebraica dicit.⁊ ⁊ timebunt te cum sole ꝛc̄⁊ ⁊ sic potest intelligi hic uersus de duratione christiane religionis ut sit sensus q̄ quandiu tempora reuoluuntur iuxta cursum solis ⁊ lune secundum quem distingnuntur tempora semp timebitur christus in ecclesia contra illos qui dicunt ecclesiam aliquando defuturā. ⁊ secundum hunc sensum magis ostenditur quam si dicat q̄ christus manebit cum sole quia ut dicit glosa non est magnus p manere cum sole ei per quem omnia facta sunt.

Jn eodem psalmo. ubi dicitur in postilla. in hebreo habetur. Erit habundantia frumenti.

Additio.

N hebreo in hoc loco cum hoc quod dicitur frumentum supponitur quedam dictio quē sonat picat. que non significat habundantiam sed potius placentiam seu placentulam frumenti.⁊ sic uera translatio secundum hebraicam ueritatem in hoc loco talis est.⁊Erit placenta seu placentula frumēti⁊quod proprie applicatur sacramento eucharistie in quo sub specie placentule frumenti uerum corpus christi continetur ⁊ cum hoc concordat trāslatio caldaica in qua ubi dicitur.in summis montium ex presse dicit in capitibus sacerdotum.

Jn eodem psalmo. ubi dicitur in postilla Ante solem ꝑmanet nomen eius.

Additio.

N hoc loco hebraico ueritas ubi dicitur. permanet nomen eius.dicit ynon nomē eiꝰ que non est eiusdem significationis cum hoc q̄ dicitur permanet sed

significat filiationē. unde ra. abenhasra ī sua glosa in hoc loco sic dicit. hec dictio ynon est uerbum passiuum quod deriuat̄ ab hoc nomine nyn quod proprie significat filium.hec ille. ⁊ sic sensus est q̄ ante solem filiabitur nomen eius. ac si dicat q̄ ab eterno iste rex est filius. unde ex isto loco ex necessitate littere hebraice potest sumi efficax argumentum ad hoc q̄ in diuinis est dare filium seu filiationem ab eterno. Et nota q̄ in hoc loco ⁊ in precedenti immediate fauorabilior ē littera hebraica ueritati fidei quam comunis nostra trāslatio ⁊ sic est in quam plurimis aliis locis sacre scripture.

Jn eodem psalmo.lxxj. Deus iudicium ubi dicitur in postilla. Complete sunt orationes dauid filij ysai.

Additio.

X quo dauid fecit hunc psalmum secundum hieronimum ⁊ omnes doctores hebreos p ut ueritas littere in fine testatur sumitur argumentum pro opinione augustini dicentis q̄ psalmi etiam intitulati aliis personis preter dauid sunt attribuendi ipsi dauid tanq̄ actori. nam iste psalmus intitulatur salomoni ⁊ tamen eiꝰ actor fuit dauid. Silr ex ps imediate precedenti scilicet. Jn te domine speraui. qui non intitulatur alicui actori ⁊ tamen totꝰ intelligitur factus in persona dauid pro ut patet etiam in postilla sumitur argumentum pro predicta oppinione augustini dicentis q̄ etiamꝫ psalmi nullum habentes titulum attribuendi sunt dauid tanq̄ actori.

Uam bonus israhel deus ꝛc̄. Huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo⁊Psalmus asaph⁊ ⁊ in translatione hieronimi⁊Canticum asaph⁊ ⁊ est penitus eadez sentencia. Secundum augustinum iste psalmus intitulatur ab asaph non tanquā ab actore sed tanquam a cantore. quia secundum eum dauid fecit omnes psalmos. sed aliquos fecit decantandos per asaph qui erat unus de principalibus cantoribus. Secundum uero hieronimum ⁊ doctores hebraicos quibus uidetur in hoc magis assentiendum. sicut dixi a principio huius libri asaph non solum fuit principalis cantor. sed etiam habuit spiritum prophetie. ⁊ fecit hunc psalmum ⁊ plures alios. put uidebitur infra. fecit autem hunc psalmū ad ostendendum bonitatem diuine prouidentie que attingit a fine usq̄ ad finem fortiter ⁊ disponit omnia suauiter sapien. octauo. licet autem frequenter hominibus ignorantibus ⁊ infirmis uideatur cōtrarium eo q̄ uident frequenter malos temporaliter prosperari ⁊ iustos multipliciter tribulari. Jn hoc igitur psalmo sic procedit quia primo ponit intentam conclusionem.secundo ad utranq̄ partem ad ducit rationem ibi. ⁊Nei autem. Tertio ponit ueritatis determinationem ibi. Existimabam.⁊Circa primum dicitur⁊Quam bonus⁊. idest ualde bonus est supꝫ.⁊deus israhel⁊ quia licet sit deus omnium per creationem dicitur tamen deus israhel per ueram fidem. ueruntamen quia bonitas diuina non sentitur ab iniquis sicut nec claritas desiderabilis est oculis infirmis.sed solum sentitur ⁊ degustatur a bonis.ideo subditur⁊ his qui recto sunt corde⁊. quia recte tendunt in deum sicut in summum bonum ⁊ ⁊Nei autem ⁊ Hic consequenter arguit ad utramq̄ partem. et primo ad oppositum. secundo ad propositum ibi. Si dicebam. Contra bonitatem diuine prouidentie accipitur ratio ex duobus maxime scilicet ex prosperitate malorum ⁊ ex tribulatione iustorum. ⁊ primo arguitur ex primo. Secundo ex secundo ibi. Ideo conuertitur. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur prosperitas malorum. Secundo iniquitas ipsorum ibi ideo tenuit. Circa primum loquitur prophetа in persona populi infirmi qui uidens prosperitatem malorum incipit dubitare de bonitate diuine prouidentie.

unck multi talia uidẽtes dicũt deũ dormire quasi non habeat prouidentiam de humanis actibus. sicut dicit tulius ⁊ plures alij in quorum persona dicitur iob. xxij. Circa cardines celi pambulat nec nostra considerat. Dicit ergo prophęta in persona firmorum mei autem pene moti sunt pedes ꝛc idest fere cecidi a rectitudine sencendi de bonitate diuine prouidentie quia zelaui super inimicos idest motus fui per quandam concupiscentiam ad sequendum eos. unde dicitur ecclesiastici. ix. ne zeles gloriam ⁊ opus peccatoris. idest non concupisces eas. Et motiuum dicte concupiscentie tangit dicens pacem peccatorum uidens idest eorum temporalem felicitatẽ. Uisa enim magis mouent animam quam audita. Et consequenter magis explicat ī particulari eorum felicitatem dicens quia non est respectus mortis eorum idest non uidentur cito mori sed diu uiuere ⁊ diuti? quam iusti ecclesiastici. vij. Justus perit in iusticia sua. ⁊ impius multo diuit tempore in malicia sua Et firmamentum in plaga eorum idest non est longa duratio in plaga eorum quasi sit firmata quia si firmentur aut uulnerentur cito curantur habentes im promptu remedia curationum propter habundantiam diuitiarum suarum ī labore hominum non sunt sed in delicijs ⁊ solacijs uiuunt Et cum hominibus non flagellabuntur quia propter diuitias suas eis peratur de grauis ⁊ duris laboribus qui alijs imponuntur. ⁊ frequenter etiam contingit q̄ bonis iustorum in tempestatibus destructis eorum bona remanent illesa ideo tenuit Hic consequenter describitur eorum iniquitas cum dicitur tenuit eos superbia quia tempozalis prosperitas frequenter est occasio superbiendi. ⁊ dicit tenuit. quia talis superbia non est ad horam per modum passionis transeuntis. sed per modum habitus permanentis operti sunt iniquitate peccando contra proximum ⁊ impietate peccando contra deum quia sicut pietas signat dei cultum sic impietas oppositum. ⁊ dicit operti sunt. quia undiq̄ ad peccatum intenti sũt sicut uestimentum operit hominem circunquaq̄ Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum idest ex diuitiarum pinguedine q̄ prestant fomentum omnibus uicijs. quia pecunia obediunt omnia ecclesiastici decimo transierunt in affectum cordis idest habituati sunt in malis. ⁊ sic afficiuntur ⁊ letantur in ipsis. secundus illud prouer. ij. qui letantur cum malefecerint ⁊ exultent in rebus pessimis Cogitauerunt intellectum suum ⁊ industriam applicando ad maliciam ⁊ locuti sunt nequiciam precipientes suis satellitibus exequi ipsaꝫ ad iustorum afflictionem. sicut patet in tyrannis tam in nouo quam in ueteri testamento to iniquitatem in excelso locuti sunt blasphemias dicendo sicut pharao dicebat exodi. v. Nescio dominum ⁊ israhel non dimittam. ⁊ sennacharib. iiij. reg. xviij. dicebat q̄ deus non posset liberare ezechiam ⁊ populum sunm de manu eius. ⁊ in nouo testamento multi tyranni blasphemias magnas dixerunt de xpo posuerunt in celum os suum precipientes se adozari sicut deum. q̄ patet de nabuchodonosoz qui precepit olferni exterminaꝛ deos omnes terre ut ipse solus deus diceretur iudith. iij. ⁊ gayus imperator misit statuam suaz ut in ea adozaretur tanquam deus ab uniuersis. secundum q̄ dicit iosephus libro de iudaico bello ⁊ alijs hystoziographi. ideo subditur Et lingua eorum transiuit in terra . idest lingua eorum intantum transiuit metas rationis ac si non essent homines terreni. sed magis diꝫ celestes. Ideo conuertetur Hic consequenter arguit ex iustorum aduersitate dicens ideo conuertetur populus meus hic quia populus infirmus conuertitur ad considerandum prosperitatem malorum iuxta aduersitatem bonorum ⁊ dies pleni scilicet uigilijs ⁊ meditationibus Inuenientur in eis in consideratione talium ⁊ dixerunt post talem considerationez quomodo scit deus idest mirantur quomodo deus permittit talia. si ad hec se extẽdat sua puidẽ

cia . propter quod subditur repetendo breuiter prosperitatem malorum iusta aduersitatem iustorum. quia oppositа iuxta se posita magis eluescunt Ecce ipsi peccatores ⁊ habundantes in seculo idest in malis huius seculi obtinuerunt diuitias quibus habentur corporales delicie ⁊ subditur ⁊ dixi ego exercitatus in iusticia concludens ex predictis ergo sine causa idest frustra iustificaui cor meum cauẽdo a peccato cordis Laui inꝰ innocentes manus meas. cauendo peccata operis ideo subditur ⁊ fui flagellatus tota die idest quasi continue ⁊ frequenter contingit. q̄ iusti per totam uitam suam uel magnam partem sue uite sunt in afflictione Et castigatio mea in matutinis idest uelociter adhibita. quando enī electi cadunt in peccatum deus non differt punire usq̄ in futurum sed punit in presenti. ⁊ cito decursu comuni. unde dicitur secundo math. vj. Etenim multo tempore non finit peccatoribus ex sentẽcia agere sed statim ultiones adhibere magni beneficij est iudicium Si dicebam Hic consequẽter arguit ad oppositū ⁊ exemplo iustorum qui frequenter leguntur afflicti in uita presenti. ad magnitudinem premii consequẽdi in futuro. ⁊ hoc est quod dicitur Si dicebam narrabo sic idest tenebo istam opinionem appetendo cum peccatoribus tempozalem prosperitatem Ecce nationem filiozum tuozum idest iustorum qui sunt filii dei per gratiam reprobaui quia ipsi contempserunt terrena ⁊ pacienter sustinuerunt aduersa. propter premium in futura uita. sicut patet de abzaham ⁊ ysaac ⁊ aliis sanctis patribꝰ scilicet patriarchis ⁊ prophetis. unde ⁊ ysaias fuit seratus. et ieremias lapidatus. ⁊ daniel in lacum leonum proiectus. propter quod dicitur iudith. viii Omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transiuerunt fideles. Et act̄. xxiii. Per multas tribulationes oportet nos transire ad regnum celorum Existimabam Hic consequenter ponitur ueritatis determinatio. secundo determinationis declaratio ibi. ueruntamen. Circa primum ostendit qualiter habeatur ueritas huius questionis scilicet per diuinam reuelationem ⁊ non per humanam inuestigationem. quia de premiatione bonorum ⁊ de punitione malorum in uita futura non habetur aliqua certitudo ex inquisitione humana . sed tantum ex reuelatione diuina. Et hoc est quod dicitur existimabam ut cognoscerem idest ut possem cognoscere ueritatem de predictis per inuestigationem rationis hoc labor est ante me quasi diceret quantumcunq̄ ad hoc laborem non possem attingere ad hanc ueritatem. ⁊ de talibus dicitur eccle siastici. viii. Quanto plus laborauerit homo tanto minus inueniet Donec intrem in sanctuarium dei ideꝫ ad intellectum sacre scripture diuinitus reuelate quam uocat sanctuarium eo q̄ deus in illa loquitur sicut in sanctuario diuinitus responsa dabantur ⁊ intelligam in nouissimis eorum idest intelligam punitiones ⁊ premiã uite future. de quibus aperte loquitur scriptura in ueteri testamento ⁊ nouo in pluribus locis. duo tamen tangam ad presens. unum de ueteri testamento ⁊ aliud de nouo danielis undecimo. dicitur de hũs qui dormiunt in puluere terre euigilabunt alii in uitam eternam ⁊ alii in obprobrium ut uideant semper . Similiter mathei. xxv. Ibunt hi in supplicium eternum. iusti autem in uitam eternam. Ueruntamen Hic consequenter dictam de terminationem declarat. ⁊ primo quantum ad penam malorum. secundo quantum ad bonum iustorum ibi. Quia inflammatum est Circa primum dicit Ueruntamẽ propter dolos quibus iniusti defraudauerunt ⁊ afflixerunt innocentes ⁊ iustos posuisti eis scilicet finez sue prosperitatis tẽporalis eos subtrahendo de presenti uita. hoc dicit contra illud q̄ supra fuerat inductū ad oppositū de longa uita malorꝫ q̄ ñ ē respcūs morti eorū q̄ etiã aliq̄ndo contingit cõtrariū ex diuina ordinatõe ⁊ hoc ad terrorez aliorum

malozum.ꝛ consolationem bonozum.ideo subditur⸢deiecisti eos dum alleuarentur⸣ ideſt dum adhuc essent in augmento ſuep ſperitatis tempozalis sicut patet de antio cho illustri ꝛ de maltis aliſs tyrānis⸢quo/modo facti sunt in desolationem⸣quia non solum aliquando mouiuntur.sed etiaꝫ posſessiones eozum ꝛ domicilia destruuntur.⸢subito defecerunt⸣de presenti uita⸢ perierunt⸣in gehennā pena⸢ propter iniquitatem suam⸣quia mozui sunt cum finali impenitencia⸢ uelut somnium surgentium⸣illa enim que uidentur in somnis non sunt res uere sed ymaginarie.ideo statim euanescunt homine euigilante sicut prosperitas tempozalis comparata ad eternaꝫ nulla est ꝛ ideo comparatur somnio quia statim euanescit per mozтem que oculos aperit quos culpa clausit.uel clausos tenebat in presenti uita⸢ Domine in ciuitate⸣quod additur tua in aliquibus libris non est in hebreo. In translatiõe uero hieronimi sic habetur⸢in ciuitate eozum ymaginē ipoz ad nihilum rediges⸣potentibus enim huius mundi fiebant antiquitus ymagines in ciuitatibus quibus populares reuerentiam faciebant ꝛ quando diuino iudicio eiciebant⁹ a sua tyrannide uel potestate et interficiebant⁹.ymagines in detestationē eozum confringebant⁹ uel ymagines intelguntur filij eozum quia filius est naturalꝫ ymago patris ꝛ tales tyranni leguntur frequenꝫ iterfectuꝫ tota prole sua. ut habet⁹ in libzo reg.in pluribus locis ꝛ i pluribus alijs hystozijs.⸢ Quia inflammatū est⸣ dic consequenter describit⁹ premiatio bonozum in presenti quantū ad bona gratie ꝛ in futuro quantum ad bona glozie. dicit igitur psalmista in persona taliū⸢ Quia inflammatū est ꝛc⸣ istud quia non refertur ad precedentia ꝯsi hic reddat⁹ rō predictozum sed magis sequentium. dicit ergo⸢ quia inflammatum est coz meū. per dei puram dilectionez⸣ꝛ renes mei commutati sunt⸣per carnis concupiscentie remissionem aut repzessionem que uigeꝫ in renibus quantum ad masculos ut dicit gregorius omelia.xxxiij. Et ego ad nihilum redactus sum ꝛ nesciui⸣ quasi diceret ex hoc qꝺ dilexi deum ex toto coꝛde ꝛ repressi impedum luxurie.secundum est qꝺ ego ad nihilum redactus sum in mea reputatione⸢ Et nesciui⸣ideſt me ignozantem reputaui quanto enim homo plus per caritatem deo coniugitur ꝛ a carnali libidine retrahitur tanto minus se reputat per humilitatem ꝛ magis cognoscit suam ignozantiam.ideo subditur⸢ ut iumentuꝫ factus suꝫ apud te⸣ideſt in scientie tue comparatiõe que magis excedit cogitationem humanā ꝙs humana brutalem⸢ Et ego semper tecum⸣quia quando homo resilit in prozriā prauitatem ꝛ ignominiam committit se totaliter diuine dispositiõi ꝛ ipse eum recipit secundnm qꝺ dicitur psalmo.lüij.Jacta super dominum curam tuam ꝛ ipse te enutriet.ideo subditur⸢ Tenuisti manum dexteram meam⸣me dulciter in tua protecti one recipiendo⸢ Et in uoluntate tua deduxisti me⸣a deuijs uite presentis mihi precauendo⸢ ꝛ cum gloria suscepisti me⸣de presenti miseria ad beatam transferendo iō subditur⸢ Quid enim mihi est in celo ꝛ a te quid uolui super terram⸣ quasi diceret nec in celo nec in terra est aliqua creatura que mihi sufficiat pro beatitudine mea que consistit obiectiue in solo deo qui est bonitatis infinite. ideo subditur⸢ defecit caro mea ꝛ coꝛ meum⸣In consideratiõe bonitatis tue que non potest⁹ comprehendi a finita uirtute. secundum qꝺ dicitur prima choꝛ.ij.Quod oculus non uidit auris nō audiuit ꝛ in coꝛ hominis non ascendit q̄ preparauit deus bijs qui diligunt eum ideo subditur⸢ Deus coꝛdis mei⸣ideſt anime mee creatoꝛ ꝛ beneficatoꝛ.ideo subdit⁹⸢ Et pars mea deus in eternum⸣ ideſt adplens desiderium meum⸢ Quia ecce qꝺ elōgant se a te⸣per peccatum mortale⸢ peribunt⸣perditione gehenne⸢ perdidisti oēs qui foꝛnicantur abs te⸣per peccatum ydolatrie quod in scriptura foꝛnicatio nominat⁹⸢ mihi autem adherere deo bonū est⸣ per fidem ꝛ caritatem in presenti⸢ ponere

in domino deo meo spem meam.per terram future beatitudinis expectationem. spes enim est expectatio future beatitudinis ex gratia ꝛ meritis proueniens⸢ Ut ā nunciem omnes predicationes tuas⸣ ideſt illa que debent annunciari fidelibus ad gloziam tuam ꝛ eozum utilitatem⸢ In portis filie syon⸣hoc non est in hebreo nec ī translatione hieronimi sed fuit appositus ab aliquo expositoꝛ eo qꝺ in ueteri testamento prophete ꝛ doctoꝛes annunciabant reuelationes sibi factas ꝛ legis expositiones in portis atrioꝛum domus domini q̄ erat in monte syon propter quod fuit dictum jeremie. vij. sta in porta domꝰ dñi ꝛc

In psalmo.lxxij. Quam bonus israel. ubi dicitur in postilla. Secundū uero hieronimum ꝛ doctoꝛes hebreos.

Additio.

On oēs doctoꝛes hebrei hoc sentiunt scilicet qꝺ dauid non fecit omnes psalmos. nec in hoc uidetur magis assentiendum bieronimo ꝙs augnstino. sed potius econtra ut dictum est supza in pzincipio libri ꝛ in psalmis imediate precedentibus ꝛ in quibusdam aliſs ꝛc.

In eodem psalmo.ubi dicitur in postilla Qui zelam super iniquos.

Additio.

Ste zelus potest exponi in bonum scilicet de zelo iusticie eo modo quo dicitur in psalmo.zelus domus tue comedit me. iusti enim uidentes prosperitatem malozum frequenter zelant zelo iusticie non concupiscentie timentes scilicet ne simplices extalium prosperitate decipiantur. unde dicit infra.ideo conuertetur populus meus hic ꝛc. Et quia zelus coꝛdis ꝛ certe passiones animi cum ualde intendunt⁹ turbant motus coꝛpozales secundum philosophum ideo predixit psalmus⸢ mei autez pene moti sunt pedes ꝛc⸣quod intelligitur de motu ꝛ gressibus coꝛpozalibus qui ex uehementia zeli iusticie precipitabant.

In eodem psalmo.lxxij.ubi dicitur in postilla. Quia non est respectus mozti eozum.

Additio.

In hebraico ponnntur in hoc uersu alique dictiones obscure ꝛ equiuoce secundum quas quidam hebreozum expositoꝛes hunc uersum sic interpretantur.⸢ Quia non sunt ligamenta in mozte eozu⸣quod sic exponunt.quia isti peccatoꝛes mouiuntur absq̄ penis coꝛpozibus ac si non esset⁹ anime eozum ligate suis coꝛpozibus ꝛ sic sine pena coꝛpozali uel saltem cum leuissima migrantur ab hac luce quod non contingit cōmuniter hominibus. Similiter ꝛ quod sequitur⸢ ꝛ firmamentum in plaga eozum⸣interpretantur iuxta litteram hebraicam que uidet⁹ sonare sic. Et est sana ualitudo eozum. quod sic exponunt scilicet qꝺ tales impij in uita sua sunt fortes ꝛ ualidi ꝛ mouiuntur sine penis saltem grauibꝰ ꝛ ideo subdit immediate⸢ in laboze hominum non sunt ꝛc.⸣quasi diceret isti nec laborauit ī uita quia fruuntur suauitate coꝛpozali nec⁹ in mozte quia sine agone mouiuntur.cuius oppositum frequenter contingit etiā in uiris iustis ꝛ sanctis ꝛc.

In eodem psalmo.ubi dicitur in postilla.Uextamen propter dolos.

Additio.

In hebreo habetur⸢ Uextamē in dolis seu fraudibus posuisti eos⸣quod exponitur ab aliquibus hebreis sic. qꝺ impij qui innocentes defraudant seu affligunt finaliter defraudantur ꝛ decipiuntur .s.in istis mundanis quia frequenter contingit eis quod subditur scilicet deiecisti eos dum alleuiarentur.exponatur prout in postilla.

In eodem psalmo.lxxij.ubi dicitur ī postilla. Quia inflammatum est.

Additio.

Et coniūctio scilicet. quia melius uidet referēda ad pcedētia in principio psalmi. Ad quod sciendum q̄ cum psalmus dixerat q̄ zelo prosperitatis impiorum pene moti essent pedes eius uisi pr̄opter ea que fuerunt sibi reuelata in sanctuario dei scilicet in sacra scriptura de punitione malorum ⁊ premiatione bonorum ad que cognoscenda attingere non poterat per lucis naturalem rationis sed per illustrationem diuinam. idcirco dicit q̄ iflammatum est cor eius ex zelo predicto ⁊ renes commutati per uehementiam consideratiōis circa inquisitionem cause hm̄oi renes enim quandoq̄ dicuntur eradire hominem eo modo quo dicitur. increpuerūt me renes mei. Et quia omnia ista non sufficiebant ad habendū quesitū. ideo dicit Et ego ad nihilum redactus sum ⁊ nescius quasi diceret tota inquisitio mea frustrata fuit quia nesciebam de his reddere rationem. unde sequitur ut iumentum factus sum apud te idest in cōparatione tue iustitie ⁊ prouidentie. quia tamen in illis inquisitionibus nunq̄ deuiabat a confessiōe iustitie ⁊ bonitatis diuine licet in particulari nesciret rationem reddere. ideo subdit ⁊ ego semper tecum scilicet in uera fide per quam talia attribuebat diuine pietati ⁊ ideo subdit Tenuisti manum dexteram meā ꝛc exponantur sicut in postilla.

Ut quid deus repulisti. Huic psalmo pr̄emittitur talis titulus in hebreo ⁊ in translatiōe hieronimi eruditio asaph et habet multiplicem intellectum quia eruditus fuit a deo per reuelationem de contentis in hoc psalmo ⁊ scripsit hunc psalmum ad eruditōnē aliorū. De materia uero hm̄ psalmi dicit rabi salomon q̄ asaph in spiritu pr̄euidens captiuitatem populi isr̄l per titum ⁊ uespasianum fiendam ⁊ diu duraturam fecit hunc psalmum orans pro liberatione populi ab ista captiuitate in q̄ nunc est quaz liberationem expectant iudei fieri per regem messiam qui reedificabit eis ciuitatem iherusalem ⁊ templum ⁊ restituet eis archam testamenti ⁊ uasa sanctuarij. Sed hec expositio habet erroneum fundamentum scilicet q̄ cristus futur⁹ sit in⁹ mundum cum hoc iam transierit in pr̄eteritum. ut frequenter dictum est. similiter quantum ad hoc q̄ dicitur de archa testamēti ⁊ aliis uasis sanctuarij quod sint eis reddenda. quia dicitur jere. iij. In diebus illis ait dominus nec dicent ultra archa testamenti domini neq̄ ascendet super cor neq̄ recordabuntur illius nec uisitabunt nec fiet ultra. pr̄opter quod saluo meliori iudicio mihi uidetur q̄ psalmus iste loquitur ad litteram de captiuitate babilonica quam pr̄euidit asaph futuram. ⁊ i hoc psalmo orauit pro eius liberatione. Secundus igitur sensum hunc psalmus iste diuiditur in quatuor partes. Primo enim asaph pr̄ liberatione populi allegat pr̄istinam dei amicitiam. Secundo aduersantium malicias ibi. Leua manus tuas. Tercio dei potentiam usq̄ quo. Quarto populi miseriaz ibi ne tradas bestijs. Circa primum sciendum q̄ ad magnanimum pertinet q̄ si amicus eius familiaris in aliquo offenderit eum citius ei reconciliari debet pr̄opter pr̄istinam amicitiam. deus autem elegit populum israhel tanq̄ sibi familiarem ⁊ peculiarem. ⁊ ex hoc allegat asaph diuinam reconciliationem. licet multipliciter deus populus offenderit ante babilonicam captiuitatem. ⁊ hoc est q̄ dicitur ut quid deus repulisti scilicet populum tibi familiarem ⁊ electum in finem idest tam diu sustinendo eā captiuitatem Iratus est furor tu⁹ per hoc non est intelligendus in deo aliq̄s motus passionis seu rigor sue ultionis sup oues pascue tue idest super populus israel quem panisti manna. xl. annis in deserto usq̄ quo introduxisti eum in terraz melle ⁊ lacte fluentem. ut habetur josue quinto. Memor esto congregatiōis tue quia dominus congregauit filios israhel in ramasse quando debuerūt egredi de egipto ut dictum fuit exo. xij. quam possediti

ab inicio scilicet exitus de egipto quia p legem susceptam populus israhel obligatus se deo ad seruiendum sibi speciali seruitute Redemisti uirgam idest sceptruz regium hereditatis tue idest iudee que dicitur hereditas domini eo q̄ ibi uiguit cultus diuinus. ubi autez specialiter habebat locum sceptrum regium. ostenditur cum dicitur Mons syon in quo habitasti in eo quia in monte syon fuit templum in quo dicebat deus speciali modo habitare ⁊ etiā domus regia sicut frequenter dictum est supra. Leua manus tuas Hic consequenter allegat pr̄opheta aduersantium malitiam pr̄opter quod decens est q̄ deus euz puniat ⁊ liberet detentos ab eis. Et circa hoc primo allegat maliciam babiloniorū secundo apostatantium iudeorum ibi. signa nostra. Circa primum dicit Leua manus tuas idest uirtutez tue potestatis. qa in deo non habent locum liniamenta corporis in superbias eorum in finem idest ad frangendum totaliter superbiam babiloniorum. quod factum fuit quando dominus per tirum ⁊ darium babiloniam destruxit. ut habetur danielis quinto. Et huius destructionis allegat causam mouetem dicens Quanta malignatus est inimicus idest rex babilonis ⁊ eius populus in sancto idest in templo diuino cultui deputato. Consequenter explicat magis i particulari mala facta a babilonijs i ciuitate ⁊ in templo dei cum dicitur Et gloriati sunt tanq̄ fecissent pr̄opria uirtute cum tamen a te factum fuerit pr̄opter populi correctionem qui oderunt te idest babilonij qui erant ydolatre in medio solempnitatis tue idest in iherusalem quam destruxerunt babilonij in qua iudei manentes in circuitu conueniebant ter in anno ad celebrandum festiuitates domini scilicet i festis pasce pentecostes ⁊ tabernaculorum. ut habetur exo. xxiij. Posuerunt signa sua idest uexilla sua in signuz uictorie q̄a capta ciuitate caldei posuerunt uexilla sua super portas ⁊ loca solemnia in signum captionis ⁊ uictorie. ideo subditur Sicut i exitu scilicet belli habita uictoria super summum idest super turres ⁊ loca arduа ubi in signum uictorie solent poni uexilla ⁊ interponitur ⁊ non cognouerūt scilicet caldei hoc facientes q̄ pr̄opter peccata populi israhel dabat deus illis tantam victoriam sed attribuebant sue potestati quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum idest ianuas ciuitatis a deo electe ita irreuerenter exciderut ⁊ destruxerunt sicut ligna de silua Incenderunt igni sanctuarium tuum idest templum tuo cultui deputatum ⁊ dedicatum. ut habetur quarto regum ultimo in terra quasi diceret sanctuarium tuum quod est in celo non potuerunt destruere Polluerunt tabernaculum nominis tui quia capto templo ymolauerunt suis ydolis uictoriam eis attribuentes sicut consueuerant in uictorijs aliarum gentium Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul idest de hoc hūerunt commune consilium caldei quod subditur Quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra erat enim eorum intentio ut deus hebreorum amplius non coleretur pr̄opter quod templum funditus destruerunt signa nostra Hic consequenter pr̄opheta allegat maliciam apostatantium iudeorum multi enim iudeorum transierunt tunc ad caldeos ut habetur jeremie. xxxviij. ⁊ illi erāt actores contra ciuitatem ⁊ templum tanq̄ apostate a iudaismo sicut ⁊ de rapsace qui iudeus fuerat. ut habetur. xviij. quarto regum et isti dicebant signa nostra non uidimus id est talia qualia data sunt patribus nostris in exitu de egipto Jam non est pr̄opheta qui annunciet nobis dei uoluntatem ⁊ sic debemus eum derelinquere sicut reliquit nos. ideo subditur ⁊ nos non cognoscet ap̄li⁹ i. facta nostra non approbabit. Reputabant enim deum totaliter repulisse populum iudaicum. Sed contra illud quod dicitur hic non est pr̄opheta. uidetur manifeste quod habetur quarto reg. ⁊ jere. xxxij. ⁊ pluribus aliis capitulis q̄ jere. pphetabat eis in nomine domini. Ad quod

dicendum q̄ non reputabant eum prophe
tam domini imo etiam illi qui remanserūt
i iudaismo dicebant ei nō misit te domin⁹
7 mendacium loqueris iere. decimoseptimo 7 multomagis apostate iudeorum re/
putabant eum falsū prophetam⁊ usq̄quo⁊
Dic consequenter propheta allegat dei po
tentiam que tanta est. q̄ solo nutu pote/
rat destruere illos qui tantum ituperiuꝫ
fecerant ciuitati 7 loco suo nomini deputa
to dicens⁊ usq̄quo de⁹ idest q̄ diu improperabit inimicus⁊ improperabant enim cal
dei iudeis captiuatis q̄ deus eorum non
esset uerus deus qui eos non saluauerat.
7 quia illud iniuriam nominis dei resulta
bat subditur⁊ Irritat aduersarius nomen
tuum i finem⁊ idest nimis diu. ideo subdit⁊
Ut quid auertis manum tuam 7 dexterā
tuaꝫ⁊ ut supple extrahere⁊ de medio sinu tuo
in finem⁊ idest tam diu. Et loquit⁊ de deo
ad modum hominis qui q̄diu differt per
cutere dicitur manuꝫ suam in sinu tenere
Et q̄ ista dilatio non procedat ex impotē
tia ostendit dicens⁊ Deus autem rex no/
ster ante secula⁊ quod potest exponi dupli
citer. Uno modo sic⁊ Rex nr̄ qui ē de⁹⁊ ãte
tecula⁊ idest ab eterno non tamen rex ab
eterno. quia nomen regis connotat respe/
ctum ad creaturam subditam. Alio modo
ut per secula intelligantur reuolutiones
multorum iubileorum. seculum enim com
muniter accipitur in sacra scriptura reuo
lutione. l. annorum ab exitu enim de egi/
pto usq̄ ad fundationem templi per salo/
monez fluxerunt anni quadringenti ⅝octo
ginta 7 inde septem anni usq̄ ad consu/
mationem. ut habetur tercio regum sexto.
Et inde usq̄ ad destructionem eius p na/
buchodonosor quadringenti decem secun
dum doctores hebreoū. 7 sic patet q̄ mul
ti iubilei fluxerant ab exitu de egipto 7 i
gressu terre promissionis usq̄ ad tempus
asaph qui erat contemporaneus ipsi dauid
7 multo plures usq̄ ad tempus captinita
tis babilonice pro quo loquebatur in hoc
psalmo dicens⁊ ante secula operatus est sa
lutem⁊ 7 secundum istam expositionem se/
cundam li ante secula non notat eternita
tem diuinitatis sed tempus quo fluxit e
salute filiorum israhel de egipto per ingres
sum terre promissionis usq̄ ad horam in
qua asaph fecit hunc psalmum uel usq̄ ad
captiuitatem babilonis pro cuius relaxati
one orabat⁊ Operatus est salutem in me
dio terre⁊ adducendo filios israhel i signis
7 prodigijs in ierusalem 7 promissionis
terram que est in medio climate terre ha
bitabilis⁊ Tu confirmasti in uirtute tua
mare⁊ quia in transitu maris rubri aque
erant filijs israhel pro muro a dextris 7
sinistris. ut habet exo. xiiij. ⁊ Contribula
sti capita draconum i aquis⁊ quia aque re
uerse sunt super egiptios ut ibidem habe
tur. qui quidem egiptij nomine draconum
designantur, quia regnum egipti draco
nominatur ezech. xxix. Draco magne q̄
excubas in medio fluminum ⁊c. ⁊ Tu con/
fregisti capita draconis⁊ principalis egipti
submergendo⁊ Dedisti eum escam populis
ethyopum⁊ idest a filios cozum generis q̄
patiunt caliginem aeribus. mare enim rubrum
proiecit egiptios mortuos in mari ad lit
tus deserti. ut habet exo. xiiij. 7 sic fue/
runt in escam animalibus cozum generis que
uocantur hic ethyopes. primo propter simi
litudinem nigredinis. secundo quia in ali
qua parte ethyopie homines comedūt dra
cones 7 serpentes 7 egiptij uocantur hic
nomine draconum⁊ Tu dirupisti fontes 7
torrentes⁊ quia eduxit aquam de petra i
deserto in tanta habundantia q̄ populus
bibit 7 iumenta. ut habet numeri. xx. ⁊ tu
siccasti fluuios ethan⁊ in translatione hie/
ronimi habet⁊ fluuia fortia ethan⁊ ethan
enim uno modo est nomen proprium cuius
dam deserti. ut habet numeri. xxxiij. alio
modo est nomen apellatiuum 7 significat
fortitudinem. 7 sic transtulit hieronimus
hic. dicit autē ra. sa. q̄ p fluuios ethan seu
fortitudies intelligit fluui⁹ iordanis q̄ fuit
siccatus diuina uirtute in transitu filiorum
israhel iosue. iii. 7 accipit plurale pro sin/
gulari cum dicit fluuios idest fluuium sic
exo. xxxii. isti sunt dii israhel 7 tamē nō

erat nisi unus uitulus conflatilis⁊ Tuus ē
dies 7 tua est nox⁊ q̄ tibi obediuit sic cre
atori⁊ tu fabricatus es auroꝛā 7 solem⁊ per
q̄ intelligit creatio corporum celestium⁊ tu
fecisti omnes terminos terre⁊ per quod i
telligit creatio inferiorum corpoꝛ. 7 per
hoc intelligit ulterius creatio mediorum
⁊Estatē 7 uer tu⁊ plasmasti ea⁊ quasi dicez
tu es factor omniū temporum. Omnia ãt
ista induxit propheta ad ostendenpū ma/
gnitudinez diuine potestatis qua poterat
liberare populum suum 7 uindictam acci/
pere de blasphemijs. ideo concludit dicens
⁊Memor esto⁊ 7 quid sit illud ostendit. d.
Inimicus inproperauit⁹ domino⁊ quia inprope
rando captiuis iudeis q̄ deus eos nō po
terat saluare inproperabant ipsi deo⁊ 7 po/
pulus insipiens⁊ idest babilonicus qui dici
tur insipiens. eo q̄ nō habeat ueram co/
gnitionē de deo in quo est uera sapientia
⁊Incitauit nomen tunm⁊ idest ex blasphe/
mijs nomini tuo irrogatis mernit. quod
excitet iusticia tua ad faciendum uindictā
de ipsi⁊ Ne tradas⁊ Hic ultimo allegat pro
pheta populi israhel miseriā qui in babi/
lonia frequenter dabat mozti sine causa
sicut patet in tribus pueris in ignem pro
iectis eo q̄ nolebant adorare statuā auream
dañ. iij. Et daniel fuit proiectus in lacum
leonum eo q̄ orabat deum dañ. vj. pro/
pter quod dicit asaph⁊ Ne tradas bestijs
idest leonibus sicut daniel quia est tanta
iusticia in alijs sicut in daniele quia mere
rent saluari. uel aliter⁊ Ne tradas bestijs
idest babilonijs bestialiter uiuentibus et
crudeliter. licet enim ex tunc essent tradi
ti babilonijs quantum ad captiuitatē non
tamen quantū ad mortem inferendaꝫ nisi
per regis sententiā⁊ animas⁊ idest homies
denominās totum a parte digniori. sicut
exo. primo. Oēs anime que egresse sē de
semore iacob⁊ confitentes tibi⁊ confessione
fidei 7 laudis⁊ Respice in testamentū tuū⁊
quo promisisti filios israhel liberare de ca
ptiuitate q̄ndo per penitenciā conuertent
ad te deutro. xxx. Si ad cardines celi fuerit
dissipatus inde retrahet dominus de⁹ tu⁹
⁊c. Allegat etiam babiloniorum peccatum
dicens⁊ Quod repleti sunt domibus iniq
tatum⁊ idest iniq tatibus in quibus ⁊perse
uerant tanq̄ habitantes in domibus⁊ q̄a
obscurate sunt terre⁊ idest a terrenis desi
derijs que obscurant lumen rationis⁊ Ne
auertat⁊ ia tua misericordia⁊ humilis fact⁹
confusus⁊ idest populus israhel per capti/
uitatem humilitat as 7 confusus⁊ pauper 7
inops⁊ idest populus israhel per captiuita
tem depauperatus 7 inops factus⁊ ⁊Lauda
bunt nomen tuum⁊ In reditu de babilone
in ierusalez q̄ 7 factū fuit quia zorobabel
7 alij cum eo redeuntes edificauerunt alta
re dei ut offerent in eo holocaustomata 7
fecerunt festū tabetnaculoꝛ⁊ ut habet⁊ pri
mo esdre. iij. ⁊Exurge deus⁊ ad liberandū
populum tuū⁊ Iudica causam tuam⁊ inferē
do penam⁊ pro iniurijs irrogatis cōtra tuā
maiestatem. ideo subdit⁊ ⁊Memor esto⁊ ipro
periox tuorum ⁊c⁊ patet littera ex predi
ctis⁊ ne obliuiscaris uoces inimicoꝛ tuoꝛ⁊
idest babiloniorum⁊ te blaphemantium. 7
propter hoc dicunt inimici dei 7 q̄a erant
ydolatre pessimi⁊ Superbia eorum qui te
oderunt ascendit semp⁊ intantum enim a
scendit superbia regis babilonis quod fa
ciebat se adorari tanq̄ deum in aurea sta/
tua quam erexit dañ. iij. prout ibidem fuit
expositum. Moraliter potest exponi psal/
mus⁹ iste ut sit oratio ecclesie populo catho
lico qui aliquando per demones detinet
in captiuitate peccati ad cuius liberationē
allegat primo ecclesia dei amicitiam quia
populum catholicum recepit per gratiam
baptismalem. Secundo demonum maliciaꝫ
obstinatam. tert o de potentiam ad pecca
torum iustificationem. quarto populi mi/
seriam q̄diu detinetur in captiuitate pec/
ti q̄ per babilonem significat. quia babi
lon confusio interpretat. Et ad hoc litte/
ra potest de facili consideratis predictis
applicari.

In psalmo. lxxiij. Ut quid deus. ubi di/
citur in postilla. propter quod saluo melio
ri iudicio.

Additio.

Salmus iste non uidetur ratõ nabiliter exponendus de babilonica captiuitate nã ei. pm⁹ uersus qui est quasi thema totius psalmi hoc non tolleret. manifestum est. n. quod captiuitas babilonica pcessit ex euidentissima iusticia diuina cui omnes prophete de illa captiuitate loqntes attribuunt illã captiuitatem. ut ps qrto regũ. xvij. ubi per extensum recitant maxima scelera decem tribuum israbel propter q̃ ex dei iusticia fuit ablat⁹ a conspectu dei ⁊ ibidem habet q̃ etiam ipse iudas ambulauit in errozibus israbel donec proiceret eos deus a facie sua. similiter secundo phi lippen. ultimo dr iuda dicit q̃plurimas abominationes ⁊ concludit. Donec ascẽderet furoz domini in iuda ⁊ non esset ulla eoz curatio ⁊ multa ad hoc pertinentia. sere. xliij. capitulo ⁊ in aliꝭ multis locis. unde non uidet conuenienter dictũ q̃ psalmista q̃si conquerens uel saltem admirãs dixisset. ut quid deus repulisti in finẽ ira tus est furoz tuus ⁊c. cum causa huius repulsionis erat manifestissima ⁊ iustissima ut dictum est. unde daniel iam existens q̃i in fine seu termino illius captiuitatis. s. lxx. annoꝝ cum ozasset pro liberatione populi ⁊ reedificatione templi non allegat nisi miserationes diuinas. ut ps dañ. ix. capitulo. ubi inter multa hoc ad pertinentia dicit. Tibi domine iusticia nobis autem confusio faciei ⁊ omni israbel ⁊c. similiter ⁊ zacha. primo de hac materia angelus ad deum loquit sic. usqquo nõ miereberis ierusalem ⁊c. nõ. n. isti prophete conquerentes seu admirantes pro tali liberatione ozabant cũ in hoc nõ habuisset locum sed solum misericordiam humiliter petentes. ⁊ idem ps de omnibus prophetis de hac materia loqntibus. Et hec est ratõ quare ra. sa. ⁊ alij expositores hebreozum non exposuerunt hunc psalmum de illa captiuitate licet multa in eo contenta posset de illa captiuitate exponi. unde maiozum semper reuerentia salua psalmus iste uidetur loqui principaliter de afflictione fidelium christi per tyrannidẽ romanozum a tempoze passionis christi usq; ad temp⁹ cõstantini cesaris sub quo status eccl'ie fuit in tranquillitate prout in hystoꝛijs ecclesiasticis largius continet. unde ps preuidens tam crebras ⁊ acerbas cõtinuas atq; diuturnas persecutiones contra fideles xpi. pro illo tempoze insurgere fecit hũc psalmum. circa quod q̃tuozdecim facit. Nam primo quasi conquerens uel saltem admirans de diuina iusticia inquantum oues pascue christi sic tradebat seu tradi p mittebat in manibus infidelium ⁊ speciali ter romanoꝝ alloquit deo dicens. Ut quid deus repulisti nos in finẽ. idest totaliter seu perpetuo nos repulis a tua protectione. i qua repulsione de⁹ ostendebat se q̃i iratũ super oues pascue sue. ideo sequit iratus est furoz tuus super oues pascue tue. unde q̃uis tribulationes ille seu psecutiones in bonum spũale fidelium cedebant tamen secundum humanam apparentiam uidebãt fideles a deo repelli ⁊ contra eos furoz dei incendi quod est magna admiratione dignũ cũ fideles in primitiua ecclesia erãt ualde deuoti ⁊ in amoze dei feruentes ut patet ex eoꝝ gestis ⁊ ex eoꝝ uita ũde pro pue poterant dici oues pascue christi. Non sic de bijs qui i babilonica captiuitate existebãt qui pro maiozi parte ydolatrabãt. ut ps per magistrũ hystoriaꝝ dicentem q̃ omnes ibidẽ existentes pter socios dani elis adozauerant statuã nabucho. ⁊ idem tenent hebreozum doctoꝛes. unde licet inter eos essent paucissimi iusti. non propt̃ hoc totus populus potuit dici oues pascue christi. q̃ q̃ modicum est pro nihilo reputat secundũ phũz. Conseq̃nter secũdo allegat rationẽ qua ad deũ pertinere uidet protegere seu liberare oues suas pdictas ab h⁹modi psecutoꝛib⁹ ⁊ hoc ex memoria patrum antiquoꝝ q̃bus fideles christi i fide succedunt dicens. Memoꝛ esto congregationis tue quã possedisti ab inicio. hoc est dicere a tpe ãtiquo quo fuit segregat⁹

In cōuertendo. Titulus huius psalmi est. Canticū graduum. sine aliq̄ additiōe. ⁊ p̄z sñia ex supra dictis. De materia uero huius psalmi p̄z ex circunstātia lr̄e q̄ loquitur de reditu ppl'i israhel a babilonica captiuitate. q̄ de captiuitate facta p romanos nō est reuersus ppl's iudaicus nec reuertet'. ut freq̄nter supra dictum est. Dicitur psalmista. In conuertendo dominus captiuitatē syon. reducendo ppl'm de babilone i irl'm in q̄ est mons syon ubi fuerat templum ⁊ dom's regia. facti sum's sicut cōsolati. magna cōsolatio fuit eis redire ad locum cultus diuini. Tūc repletus est gaudio os nr̄z ⁊c. q̄z statiz cū uenerūt in irl'm erexerunt altare ⁊ obtulerūt hostias cum diuinis laudib's. ut hēt̄ primo esdre. z. tunc dicēt iter gētes magnificauit dñs facere cum eis. cyrus. n. rex p̄sarū ꝑ totum regnum suum fecit publicari edictum i quo hītabāt gentiles de reditu iudeox i terrā suaz. in quo edicto cōtinebat' p̄ceptum dñi de hoc sibi factum. esdre. j. ꝑpter quod gētiles hoc audientes dicebant deum celi magnificasse ppl'm isrl' ⁊ aliqui eox cōuertebant' ad iudaismum de quo etiā iudei letabāt'. iō subdit. Magnificauit dñs facere nobiscū. de reditu nr̄o ⁊ cōuersione gentilium. facti sumus sicut letantes. Uez tn̄ q̄ adhuc nō erat' edificatum templū nec ciuitas repata. iō subdit'. Cōuerte dñe captiuitatē nr̄am sicut torrens i austro. Iuentus australis est pluuius sus ⁊ iō facit fluere torrentes ꝑ us desiccatos. ⁊ sic petit psalmista q̄ gr̄a diuina effluat i ppl'o de captiuitate reducto. sic tē poze salomonis ꝑ reedificationē ciuitatis ⁊ templi ubi dabant' diuina responsa. Et ad hoc ꝑpetrandum allegat psalmista ppl'i p̄niaz' q̄ est dispositio ad gr̄am ꝑpetranda dicēs. Qui seminat in lacrimis. ꝑ ueram cōtritionem de peccatis. i exultatiōe mentis. ex cōsecutione gr̄e diuine. Et cōsequnter applicat ad ppl'm isrl' dicens. Eūtes. i captiuitatē babilonicā. ibāt ⁊ flebāt ex cōtritione de peccatis ꝑpt̄ q̄ captiuitatē meruerūt. mittentes semina sua. sic. n. fructus producit' ex semie. sic ex uera ⁊ ꝑfecta penitencia suo mō reportat' beneficium diuine gr̄e. iō subdit'. Uenientes āt uenient ⁊c. ⁊ p̄z lr̄a ex dictis. Moraliter āt pōt exponi psalmus iste de quolibet rediunte de peccato mortali tanq̄ de babilone q̄ cōfusio iterpretat' ⁊ p uerā p̄niaz cōsequt' donū gr̄e i p̄nti ⁊ gl'ie i futuro.

In psalmo. cxxv. In conuertendo dñs. ubi dicitur in postilla. De materia uero huius psalmi.

Additio.

Ste psalm's non loq't' de reditu ppl'i israhel a babilonica captiuitate q̄ i illo reditu nunq̄ fuerūt tā repleti gaudio q̄ de ip̄is cōuenient' uerificaret'. Tunc repletum est gaudio os nr̄m. ut p̄z ex hysto rijs. esdre. neemie. Sil'r nec p̄pe d' eis posset dici. Tūc dicēt inter gētes magnificauit dñs facere cum eis. lz. n. cyrus dedisse eis licentiā reedificādi. gentes tn̄ circūstantes multiplicit' ip̄ediebāt ⁊ eos fatuos reputabāt. ut hēt̄ esdre. iiij. neemie ꝑmo. Sil'r nec de eis ꝑpie possz dici. Uenientes āt uenient cum exultatione. cū nunq̄ legunt' p̄z maioꝛi pte fuisse in uera penitēcia. unde expositores hebreox specialit' ra. abenbazra. istum psalmū exponunt de tēpoze messie quē falsē spectant sed nos uerius de tēpoze xp̄i ueri i quo sumus debem's exponere illum. in quo. s. tempoze cōuertit deus captiuitatē syon. Et continuat' psalmus iste cū p̄cedenti sic. Nā cum dixisset q̄ deus est i circuitu popl'i sui ad custodiā. ⁊ q̄ non relinquet uirgā peccatoꝛ sup sortē iustoꝛ. ne forte quis ex hoc crederet q̄ in tēpoze xp̄i ꝑtunc uēturi cessassent oēs ꝑsecutiones. iō dicit. In cōuertēdo dñs captiuitatem ⁊c. facti sum's sicut consolati. q. d. nō ex toto erimus cōsolati sed sicut cōsolati. eo mō quo apl's. ij. cor. vj. ca. dicit q̄si tristes semp āt gaudentes q̄ quidem gaudiū statim declarat dicēs. Tūc repletum ē gaudio os nostr̄m ⁊c. q̄z apl's ⁊ primitiue eccl'ie nō solum gaudētes p̄nunciabant xp̄m esse in nobis. circa quod ipoꝛum os ⁊ lingua assidue uersabat' sz etiaz obpzobria ⁊ cōtumelias cū gaudio suscipiebāt. actuū. v. ca. Ibant apl's gaudētes quia digni habiti sū ꝑ noie xp̄i cōtumelias pati. Et q̄z multi de gentibus hoc cognoscebāt ꝑdicātib' apl'is. iō subdit. tunc dicent iter gētes. Cōsequnter psalmista declarat modum istius conuersionis de q̄ dixerat. In cōuertendo dñs captiuitatē syon. ꝑ modū oꝛonis ꝑphetice dicēs. Conuerter' dñe captiuitatē nr̄am sicut torrens i austro. Pro quo sciendum q̄ plaga seu regio australis ē sicca naturalit' plusq̄s alie regiōes. ⁊ iō cuz i terra alīq̄ australi supuenit torrens quo irrigat' tūc talis terra cōuertit' a sterilitate ad fertilitatē. cui assimilat' cōuersio captiuitatis syon. s. eccl'ie ꝑ aduentum xp̄i. q̄z ꝑius erat q̄si sitiens. ⁊ iō xp̄s assimilat' radici de terra sitiēte. ysa. liij. ⁊ p's fuit irrigua sicut jere. xxxj. Erit aīa eox sic oꝛtus irrigu' ⁊c. Cōsequnt' ps declarat ꝑcessū illox quox hos ⁊ lingua replebit' gaudio. s. apl'oꝛum ⁊ primitinox eccl'ie. ⁊ de hoc dicit. Qui seminat i lacrimis. q̄ ꝑdicti cum maximis laboꝛibus ⁊ ꝑsecutionib's seminabāt uerbum dei. unde. Eūtes ibāt ⁊ flebāt mittētes semia sua. postea tn̄ cum exultatiōe portabāt manipulos suos sciliet fructum sue predicationis.

Ili dñs. Huic psalmo ꝑmittit' talis titul's i bebreo ⁊ i trāslatione biero. Cāticum gradum salomonis. Et secundū q̄ dicit ra. sa. iste psalm's ititulat' a salomone non sicut ab actoꝛe. sz q̄z factus fuit ab ip̄o deuid q̄ sic ꝑuidit eū edificaturx domum dñi. ita ꝑuidit eum acceptuꝛ i uxoꝛē filiā pharaonis ↄ legem diuinā q̄ ꝓhibet iudeis accipe mulieres alienigenas. ⁊ secunduz hoc dixit. Nisi dñs edificauerit domū i uanuz laboꝛauerūt q̄ edificāt eā. q. d. frustra edificat domū dño q̄ trāsgredit' ei' mandatū q̄z melioꝛ ē obedictia q̄s uictime. j. reg. xv Et ad hac sñiaz applicat lr̄az seqntē. Sed istud dictum uidet' esse manifeste ↄ sacrā scripturā q̄ dicit. z. reg. viij. ⁊. ij. palip. v. q̄ edificata domo nebula ipleuit eam i signū diuine acceptionis. ⁊. ij. palip. vij. q̄ ignis tunc descēdit de celo ⁊ deuoꝛauit holocausta ⁊ uictimas ⁊ maiestas dñi ip̄leuit domū Jtē. z. reg. ix. dr̄ q̄ dñs apparuit salomoni sicut apparuit ei i gabaon dixitq̄s omnib' ad eum. exaudiui oꝛom tuā ⁊c. ⁊ subdit'. ⁊

sanctificaui domū hāc quā edificasti ⁊ per omnia ista ostendit q̄ illa edificatio fuit deo accepta. Itē salomon non uidet in ali quo peccasse accipiēdo filiā pharaonis in uxorem. sicut dictum fuit diffuse. ꝫ. reguꝫ Et iō dicendū q̄ salomon fecit psalmum istum q̄ tū reputabat se ⁊ totum populū suum nō sufficere ad edificationē domus dñi secundum q̄ ipe dixit. ij. palip. ij. quis .n. ualere poterit ut edificet ei domū di/ gnam. q. d. null⁹ nisi ipemet de⁹ apponat manum suā. iō secundū hoc dixit. Nisi do minus edificauerit domū i uanum labora uerunt ⁊c. Circa quod sciendū q̄ domus dñi dupliciter edificat. Uno mō corpaliter ex lignis ⁊ lapidib⁹. Alio mō spūaliter per doctrinā in fide ⁊ moribus. ⁊ in utraq; e/ dificatione requrit diuinum auxilium. Igr in hoc psalmo agit primo de edificatiōe corpali. secundo de spūali ibi. Cū dederit dilectis suis. Circa primū dicit salomon. Nisi dñs edificauerit domum in uanū laborauerūt ⁊c. unde ⁊ lapis āgularis cōsumās edifitiū parietum pluries fuit reiectus ab artifici bus sicut iutilis. ⁊ tamē i cōsumatōe edi/ ficij fuit aptissimus. quod a domino factū fuit secūdū qđ dcz ē supra psalmo. cxvij. Lapidē quem reprobauerūt edificātes hic factus est i caput āguli. a dño factū ē istd ⁊c. Et ad hoc adducit exēplū de custodia ciuitatis humana que nō ualet sine diuīa cum dr. Nisi dñs custodierit ⁊c. Et secun dum sententiam pdictā allogt psalmista artifices dicēs. Uanum est uobis āte lucē surgere. i. de mane ut bz trāslatio hiero ⁊ hoc ē ante solis ortum. nisi supple assit diuinum adiutoriū. ut pmissū est. surgite postq̄ sederitis q̄ māducatis panē dolozis In hebreo sic hēt. retardātes sessionem ⁊ māducātes panem laborantium. ⁊ ē sens⁹ sic ut uanum est uobis surgere ad icipien dum op⁹ nisi assit diuinum adiutoriū. ita sine tali adiutorio uanum est. retardare sessionem. i. getem ab ope opus multum cōtinuando. ⁊ māducantes panem laborā tium. ⁊ isti sunt artifices manualiter opā tes. Translatio autem communis potest sic exponi. Surgite postq̄ sederitis. q. d. nō oportet uos nimis cito surgere ad op⁹ q̄ si uobis assit diuinum adiutoriū pl⁹ faciet q̄ solicitudo urā nimia. ⁊ iō. surgite p⁹q̄ sederitis. i. postq̄ cōueniēter queueritis. q̄ māducatis panem dolozis. i. uos opa/ rij q̄ habetis uictum ex laboze corpali ac q̄situm q̄ labor est cā dolozis i corpib⁹ ue strīs. Cum dederit. Hic cōseq̄nter agitur de edificio spūali p doctrinā sanaz fidei ⁊ moz. Circa q̄ sciendum q̄ hec ē uera lra hebraica ut dicunt hebrei saltez moderni. Sic dabit excitanti se a somno. ⁊ ē finis uersus p̄cedentis i hebreo ⁊ i translatiōe hiero. ⁊ cōtinuat sīe p̄cedenti q̄ dixerat oparios habere uictum p magnum labo rem corpalem subdens. sic dabit. s. dñs uictum cōuenientem sine tali laboze exci/ tanti se a somno. ppr amorem studij le/ gis diuine sicut facit doctor studiosus. et subdit. ecce hereditas dñi quam magis approbat deus q̄s domū materialem. filij idest discipuli edocti a doctoꝛ p̄dicto. Cir ca quod sciendum q̄ li filij put scribitur i hebreo nō pōt esse genitiu⁹ singularis numeri sed nomiatiuus pluralis. Et qd sit illud bonum quod acq̄rit dictis discipu lis ostendit cum subdit. merces fructus uentris ⁊c. i. bonum quod reportant di/ scipuli est fruct⁹ legis q̄ est sapientia. Et dicit fructus uentris. eo q̄ latet in corde quod hic uocat uenter eo modo loquendi quo dr puer. xxij. Appone cor tuuz ad do ctrinam meā q̄ pulchra erit tibi cum ser/ uaueris eā in uentre tuo. sic exponit rabi sa. Ad hunc āt intellectum pōt aliquo mō reduci trāslatio cōis q̄ sic bz. Cum dede/ rit dilectis suis. i. studiosis doctoꝛib⁹ in doctrina fidei ⁊ moz q̄ sunt a deo dilecti. somnum. i. requm p mortem q̄ dr somn⁹ in scriptura. iobā. xj. Lazarus amicus no ster dormit sed uado ut a somno excitem eum. ecce hereditas dñi filij. idest fideles edocti ab ipis in fide ⁊ moribus qui dicū tur eoꝛ filij in scriptura sunt hereditas domini magis dilecta q̄s dom⁹ materiał

Et qūid sit bonum quod reportant fina/ liter ostendit cum dr. Merces fructus uē tris. i. xp̄s q̄ ē fructus uētris uirginalis est merces eoꝛ q̄ est beatitudo obiectiue. in aspectu. n. sue diuinitatis reficiunt bt̄i iterius. ⁊ in aspectu sue humanitatis exte rius secundū q̄ dicit aug⁹ sup iohannem. sicut sagitte i manu potētis. q̄ sūt pate ad aduersarioꝛ destructōnē. ita filij excus sozum. i. de numero expeditoꝛ ad pugnā tanq̄s excussi ab ipedimentis. In hebreo āt habet. Ita filij iuuentutuz ⁊ est eadē sīlia q̄ iuuenes st magis expediti ad pugnan dum. ⁊ isti sunt illi filij de quibus p̄dictum est q̄ sunt edocti in fide ⁊ moribus a san/ ctis doctoribus. ⁊ sic sunt pati debellare aduersarios ueritatis secundū q̄ dicit ad tytum primo. amplectentē eum q̄ secundū doctrinā ⁊ fidelez sermonē utpotēs sit ex hortari i doctrina sana ⁊ eos q̄ cōtradicūt arguere. Btūs uir q̄ iplenit desideriuz suū ex ipis. In hebreo ⁊ i translatione hiero. habet pharetram suā ex ipis p quam in telligit scola doctoris uel ecclesia boni pa storis ubi cōgregant tales filij sic edocti Et ad eundē sensum reducit lra cōis cuz dr. desideriū suum ex ipis. q̄ bonus do/ ctoꝛ desiderat habere tales filios. ⁊ sit iter bon⁹ pastoꝛ. ⁊ q̄ bonitas eoꝛ redūdat ad meritum doctoris uel pastoris. ppter q̄ talis doctoꝛ uel pastoꝛ est btūs uir. s. ex ꝺ gregatione eoꝛ. nō cōfundet talis doctoꝛ uel pastoꝛ. uel hoc refertur ad quēlibet di scipuloꝛ edoctoꝛ. cum loq̄tur īimicis suis. idest aduersarijs ueritatis eos potent ar guendo. in porta. hoc est i loco patēti uel in porta. idest i iudicio. q̄ iudices ātiq⁹ i portis sedebāt ⁊ ibi cora eis aliq̄n facte st disputationes fideliū cum fidelibus.

In psalmo. cxxvj. Nisi domin⁹. ubi dr in postilla. Huic psalmo premittitur talis titulus.

Additio.

Salmus iste potest exponi de edificatione corpali sine aliq̄ distinctione. uerius tn ⁊ magis correspondenter ad psalmos precedentes exponit tot⁹ de edificio spūali. Pro quo nota q̄ q̄tuoz tanguntur hic a psalmista p tinētia ad bonū ciuitatis seu dom⁹ i quoꝛ quolibet psalmista asserit q̄ bz a deo ef/ ficatiā principaliter. Primū est ipa edificatō de quo dicit. Nisi dñs edificauerit domū ⁊c. Secundū est custodia eius de quo dicit. Ni/ si dñs custodierit ciuitatem. Tercium est idustria ciuium ad q̄renda ea q̄ requruntur ad sustentationē seu cōseruationē eoꝛ. Et q̄ hoc nōnulli credunt dependere a sollici tudine humana tātum. iō dicit. Uanum est uobis ante lucem surgere ⁊c. q. d. Nō cō fidatis de uimia sollicitudine uestra surgē do mane ad opatōes exercendas ⁊ retar dando sessionē put in hebreo habet. s. ni miā moraz faciēdo circa eas. ⁊ q̄re hoc fit uanū declarat cum dicit. Cum dederit di lectis suis somnum. hoc est dicere q̄ dilci deo q̄ ab eo i agendis dirigant ista omia habēt. bz habeāt somnū q̄tum sine huius modi sollicitudinibus magnis. eo mō quo dr i psalmo. Inq̄rentes aūt dñm nō minu ent oi bono. Quartum aūt quod ptinet ad bonū ciuitatis seu domū est pluralitas ciuium seu domesticoꝛ. de quo dicit. ecce he reditas dñi filij. q. d. habere filios nō de pendet totaliter ex humana idustria sz re quirit auxilium diuinū fecundās cōiuges ⁊ dans eis mercedē fructus uētris. q̄ qdē filij sunt q̄si arma parentū ad eoꝛ defen/ sionem. ⁊ iō subdit. Sicut sagitte in manu potentis ita filij excussoꝛ. ubi in hebreo habet ut postillatoꝛ ait. Filij iuuētutis. ⁊ rō est q̄ filij senectutis cōiter nō attingūt pfectā etatem i uita parentū ut eo possint adiuuare. ⁊ q̄ de talibus filijs. s. adiuuan tibus parētes melius est hēre plures. ideo subdit. Btūs uir q̄ iplebit pharetrā suam ex eis. secundum hebreos. cum dixiss. n. q̄ filij sunt sicut sagitte. iō cōgregationē eoꝛ correspondent dicit esse i pharetra i qua sagitte cōsueuerūt cōgregari. ⁊ quia cum talibus bñ congregatis potest homo resistere aduersarijs. iō dicit. Nō confudet. Pro secundo. s. de edificatione spirituali

sciendum q̄ quatuor predicta possunt ap
plicari ad ciuitatē spūalem q̄ est eccl'a dei
de cui⁹ edificatione fuerat locutus ī canti
co supra dicto. ubi dr̄ Jherusalem q̄ edifi
cat' ut ciuitas ⁊ de eius custodia similiter
dixerat i alio cātico. d. Jherusalē. ¶Montes
i⁹circuitu eius. ⁊ in hoc cātico adiūgit ter
cio de sollicitudine humana de qua in h⁹
modi ciuitate non est confidendum ⁊ hoc
cum dicit⌊Uanum est uobis ante lucē sur
gere iusq; ibi. Cum dederit dilectis suis
somnum. Addit etiam quarto q̄ in hac ci
uitate scilicet spūali maxime est appeten
da procreatio filiox spūalium. de quo dic̄
⌊Ecce hereditas domini filij ⁊c̄⌋qui q̄dem
filij multum ualent in defensione spiritua
li huiusmodi ciuitatis. de hac dicit⌊Beat⁹
ur qui implebit ⁊c̄. usq; in finem.

Beati omnes⌋Titul⁹ h⁹ psalmi
est⌊Cāticum graduum⌋ cuius
sententia patet ex supra dcis.
De materia uero huius psal
mi uidet' q̄ sit q̄dam imitatio ad timorē
dei p̄mittendo deum timētibus p̄sperita
tem tēporalem secundum modum ueteris
testamenti i quo pro talib⁹ bona tēpora
lia p̄mittebāt'. secundū q̄ dr̄ ysa. primo.
Si uolueritis ⁊ audieritis me bona ter
re cōmedetis. Et secundum hoc dr̄⌊Beati
oēs q̄ timent dn̄m⌋⁊ dr̄ omnes idifferen
ter q̄r nō est psona⁊ acceptio apud deum
act'. x.⌊q̄ ambulant ī uijs eius⌊mandatis
suis obediēdo q̄ sunt uie deueniēdi ad sa
lutem⌊Labores manuū tuax māducabis⌋
idest si timueris deum habebis habundā
tiā bonox tēporaliū ita q̄ non oportebit
te de alieno uiuere. secundo p̄mittit' ha
bundātia ī prole q̄ est magis reputanda
q̄z diuitiax habundāt'a cum dr̄⌊uxor tua
sicut uitis habundās⌋q̄r pariet tibi filios
multos⌋i lateribus domus tue⌋ q̄r bēbis
habundant' unde poterunt nutriri in do
mo tua. ⁊ non solū nutriri. sed etiā ad au
gmentum p̄duci. ideo subdit'⌊filij tui sic
noūelle oliuax⌋ gratiose crescentiū⌊in cir
cuitu mense tue⌋pati ad ministrandū tibi
bonorifice. tercio promittitur celebritas
fame cum dicitur⌊Ecce sic benedicetur⌋.
idest cōmendabitur ⁊ ei bona imprecabū
tur quia quilibet dicit de eo⌊Benedicat ti
bi dominus ex syon⌋ idest in templo q̄d
erat in monte syon ubi fiebant oblatiōes
pro salute timentium deum ⁊ habant' di
uina responsa⌊ ⁊ uideas bona iherusalem
omnibus diebus uite tue ⌋ magna enim
erat consolatio populo deuoto quando ci
uitas iherusalez in qua uigebat cultus di
uinus erat in⌋bono statu⌊ ⁊ uideas filios
filiorum tuorum⌋idest longam uitam ha
beas⌊pacem sup israhel⌋resp. mat' li vide
as. s. pacem super totum populuz. magna
enim erat consolatio timentibus deum
uidere populi pacificum statum.

In psalmo. cxxvij. Beati omnes. ubi di
citur in postilla.⌋De materia uero huius
psalmi..

Additio.

Ste psalmus uidetur cōtinua
ri ad precedentem sic. In prece
denti enim improbat nimiam
sollicitudinē humanam circa
ea quibus homo indiget. ⁊ hoc cum dixit
Uanum est uobis ante lucem surgere. In
hoc autem cantico dicit q̄ talia non defi
ciunt timenti deum. eo modo quo supra
in alio loco dictum est. Inquirentes autē
dominum non minuent' omni bono. ⁊ de
hoc dicit⌊ beati omnes⌋qui timent domi
num ⁊c̄⌋usq; ibi. Et bene tibi erit. Simi
liter in precedenti psalmo dixerat q̄ pro
creatio filiorum erat ualde appetenda di
cens. Ecce hereditas domini filij. In hoc
autem cantico dicit q̄ hanc habundātiaz
filiox habet timētes dn̄m. ⁊ de hoc dicit
Luxor tua⌋sicut uitis habundās ⁊c̄⌋ista āt
intelligi debent ad litteram spūaliter. nā
si tēporaliter itelligerent' de filijs carna
liter ⁊ huiusmodi. manifestā caperent in
stantiam. Constat enim q̄ multi timētes
deum non habent filios carnales nec oc
cupant' in māuum laboribus ⁊c̄.

Epe expugnauerunt me⌋Ti
tulus h⁹ psalmi est⌊Cantic⁹
graduū⌋⁊ pz sīia ex' supra di
ctis. De materia uero h⁹ vide
tur saluo meliori iudicio q̄ sit gratiarum
actio p̄ liberatione ꝑpl'i israhel a psecu
tōib⁹ suis que freq̄nter legit' facta a deo.
Et diuiditur ī duas ptes. quia primo po
nitur dicta liberatio. secundo pseq̄ntium
punitio ibi. Dominus iustus. Circa p̄mū
dicit⌊dicat nunc israhel⌋gratanter reco
gnoscendo⌊liberationē sui a piculis⌊Sepe
expugnaueruut me a iuuentute mea⌋iuuē
tus aūt israhel dr̄ quando fuit in egipto
unde dixit dn̄s jere. ij. ca. Recordatus sū
adolescentiam tuam quādo secuta es me ī
deserto ⁊ loquit' de congregatione ppl'i
israhel. tunc. n. liberauit eos dominus ab
egiptijs eos pseq̄ntibus in mari ⌋eos sub
mergendo exo. xiiij. ⁊ postea ab amalechi
tis eos inuadentibus exo. xvij. ⁊ ī nō repli
catur. sepe expugnauerūt me ⁊c̄. ⌊⁊ nō po
tuerunt mihi ⌋. s. p̄ualere quia egiptij fu
erunt submersi ⁊ amalechite debellati⌊su
pra dorsum meum fabricauerunt peccato
res⌋idest egipitij filijs israhel grauia o
nera imponentes. ut habet' in exo.⌊prolō
gauerunt iniquitatem suā⌋nolentes dimit
tere populum ad dei mandatum. ⁊ sic non
solum fuerūt filijs israhel credules ſz cū
hoc deo rebelles⌊Dominus iust⁹⌋ Hic cō
sequenter ponit' dictox psecutox punitio
cum dicit'⌊Dominus iustus concidet cer
uices peccatox⌋ eos malis gratibus suis
humiliando⌊ cōfundant' ⁊ conuertantur
retrorsus⌋tanq̄⁹ debellati a deo⌊omnes q̄
oderunt syon⌋q̄ tunc erat locus diuini cul
tus. ⁊ p̄ hoc intelliguntur filij israhel qui
locū istum cā deuotionis freq̄ntabant⌊fi
ant sicut⁹ fenū tectox ⁊c̄⌋quod post modi
cum uirorem cito desiccatur ⁊ deficit. ⁊ in
hoc' petit psalmista q̄ p̄speritas psequen
tium populum israhel cito transeat ⁊ defi
ciat⌊de quo⌋idest de feno tectorum⌊non ī
pleuit manum suā qui metet ⁊c̄⌋ quia re
putat ipsum iutile. ⁊ in hoc designat psal
mista q̄ p̄speritas tēporalis maloz non
est utilis sed magis nociua⌊⁊ non dixerūt
qui p̄teribant benedictio domini ⁊c̄ ⌋mo
dus est hominum trāseuntium iuxta ter
re nascentia bonum fructum facientia im
precari benedictionem domini sup ipsa. et
nīl sup terre nascentia nullū bonum fructū
facientia. ⁊ per hoc petit psalmista. q̄ per
secutoribus populi israhel non ip̄ecenter
prosp̄era sed magis auersa secundum or
dinem diuine iusticie mala eox puniētia.

In psalmo. cxxviij. Sepe expugnaue
runt me. ubi dicitur in postilla. De mate
ria huius⁹ psalmi.

Additio.

Ontinuatur hic psalmus cum
precedenti sic. Dixerat enim ī
psalmo preterito q̄ timēs deū
habere multa bona. ⁊ spāliter
uiderit pacem ⌊super israhel scilicet super
totum populum fidelem ⁊ ne quis putaz
q̄ illa pax esset tēporaliter intelligēda
ideo subdit⌊ sepe expugnauerunt me a iu
uentute mea⌋. q. d. Non intelligas q̄ po
pulus dei semp habeat pacem tēporalem
nam frequenter contingit oppositum. q̄r
sepe expugnauerunt me a iuuentute mea
. i. a p̄ncipio exordij fideliū q̄d satis pz in
processu ut⁹ usq; testi. et ut oñdat q̄ ex t'ib⁹
ipugnatōib⁹ ñ seq̄t' subuersio fideliū fina
lit' ī dic⌊'Sepe expugnauerūt me ⁊ ñ po
uer ūt mihi⌋Cete⁹ āt exponāt' put ī postil
l' ducēdo tñ illa ñ solū ad ppl'z ātiquū⁹ue.
te. sz et ad ppl'm nouū fideli⁹. utrumq̄. n.
ꝺtigerūt ea q̄ ī hoc psal. cōtinent' ut pz ī
tuenti.

Epfūdis⌋titul⁹⌊cāticū graduū
⁊ pz sīia p p̄dca. De mateia ue
ro h⁹ psal. dicunt aliq̄ q̄ ē ozo
ip̄i⁹d'd' p̄ sua liberatiōe a pccis
adulterijs cū bersabee ⁊ boicidij urie. sz fi
nis psal. uī magis p̄tēdeī q̄ sit oro p̄ libe
ratiōe ppl'i israēl a babilōica captitate fca
ab aliquo spūz dei ꝑhīte q̄ loqns ī psona
ppl'i dic⌊De pfūdis⌋. i. de terra babilōis
q̄ ē d'd' missa rīpcu iudee ⁊ ēt q̄r ī babilōe ali
q̄ d'iudeis erāt poiti ī carcere⁹ sub t'raēis

clamaui ad te dñe ꝛ oze fiãt aures tue itendentes ꝓlocꝫ de deo ad modum hoīs cū aures sunt attente ad petitionem quã uult exaudire si iiȝtates obseruaueris dñe ꝛ uolendo eas usq; ad ulcionem punire dñe quis sustinebit ꝛ q.d. nullus. qz pcā ꝓpt̄ q̄ ꝑ's fuit captiuat⁹ fuerunt multa ꝛ grauia ualde. ut pȝ ex. iiij. regum ꝛ. ij. paralip. ꝛ qz apud te ꝓpiciatio est ꝛ ꝓpt̄ legē tuã sustinuit te dñe ꝛ In hebreo hēt ꝛ qz tecum est ꝓpiciatio ꝓpt̄ hoc timeberis ꝛ quod exponit ra. sa. sic ꝛ qz tecum ē ꝓpiciatio ꝛ. i. qz tu solue potes peccata dimittere uel remittere ꝛ ꝓpt̄ hoc timeberis .i. es timendus. si. n. alius possȝ peccata remittere nō sic esset. qz ad illum possȝ esse recursus. Et ad idē unde tendere translatio hiero. q̄ sic hȝ ꝛ qz tecū est ꝓpiciatio cū sis terribilis ꝛ secundū uero trãslationē cōmunem hic allegat rō q; deus nō puniat peccata ad plenū ex allegatiõe sue mīe cū dȝ ꝛ quia apud te ꝓpiciatio est ꝛ. q.d. quia ꝑ tium tibi est misereri ꝛ parcere nō decet te iniqtates mō predicto obseruare ꝛ ꝓp legem tuã ꝛ q̄ ꝓmittit uere penitētibus misericordiam ꝛ sustinui te dñe ꝛ expectãdo bñficium tue mīe ꝛ sustinuit aīa mea in uerbo eius ꝛ quod ꝓmittit mīam penitētib⁹. ꝛ sic est repetitio eiꝰdem sñie sub aliȝs uerbis ad maiozem exꝓssionē effectus. sicut cōit fit i deuotis oronib⁹ ꝛ sperauit aīa mea in domino ꝛ hic est principium uersus qui talis ē in hebreo ꝛ i trãslatõe hiero. ꝛ Aīa mea ad dñm a uigilia matutina usq; ad uigiliã matutinam ꝛ ꝛ sic exponit ꝛ Aīa mea ad dñm ꝛ itenta p deuotionē expectãdo suã mīam ꝛ a uigilia matutina usq; ad uigiliã matutinã ꝛ idest a principio diei naturalis usq; i finē ꝛcludendo diem ꝛ noctem. ꝛ per hoc insinuat psalmista q; anima iusti debȝ semp esse ad dñm intenta non solum tempore prosperitatis significato p diem. sz ēt aduersitatis significato p noctem. ꝛ sic cū in trãslatione comuni dicitur ꝛ A custodia matutina usq; ad noctem ꝛ li usq; ad noctē intelligitur inclusiue ꝛ sperat israhel in domino ꝛ hic est principium uersus sequent

In hebreo ꝛ in translatõne hiero. dicit igr̄ ꝛ sperat israhel in domino ꝛ misericordiam eius pacienter expectando. cuius rationē assignat dicens ꝛ quia apud dominum misericordia ꝛ que sup exaltat iudicium. ut dr̄ iacobi. ij. ꝛ ꝛ copiosa apud eum redemptio ꝛ q.d. potens est multis modis redimere populum israhel de captiuitate. ꝛ non solum de captiuitate corpali sed etiam spirituali ideo subditur ꝛ ꝛ ipse redimet israhel ex oīb⁹ iniquitatibus eius ꝛ quod semp uerificatur de uere penitētibus ꝛ sic ex fine hⁱ psalmi apparet q; est oratio pro toto populo israhel sicut predictum est in principio eius.

In psalmo. cxxix. Deprofundis. ubi dicitur in postilla. De materia uero huius psalmi nō.

Additio.

Ontinuatur iste psalmus cum precedenti sic. Nam in precedenti tractauerat de impugnatione humana contra populuz dei. in qua dixit q; deus est ultor talium aduersariox. d. Dominus iustos concidet ceruices peccatorum nō. In hoc autem psalmo itendit de ipugnatiõe intrinseca eccl'ie que fit p multa ꝛ uaria peccata in ipa ecca ꝓpetrata. ꝛz. n. ecca p'ñs q̄ntū ad iustos et ſm̄ macl'a ꝛ ruga. sp tñ i ea sī mixti mali cū bōis. Et qz iſti pccores sī multi ꝛ sepe i ꝓfundo maloꝝ submersi. iō ecca talium ozãs dicit de ꝓfundis clamaui ad te dñe ꝛ. i. de ꝓfundis peccatox. sicut. n. de⁹ i altis oī bitare. sic eadē rōne dr̄ lōge esse a pccore bⁱ. iuxta illud. Lōge a peccatoꝛib⁹ salus. ꝛ cū altū ꝛ ꝓfundū sī opposita ꝛ ualde remota. iō petit ꝛ exaudi ozionē meã ꝛ. q.d. more hūano a lōge ad te clamo. ꝛ iō requiꝛ ut fiãt aures tue itendentes ad uocē depcationis mee ꝛ ille. n. q ult audire aliquem existētē i ualde remotis oz q; bēat aures attētas ad audiendū. Cetera āt patent exbiȝs q̄ dicūt i postilla applicãdo ad hūc ꝓpositū. Jn eode psal. De ꝓfūdis. ubi dī in postil. Qz apud te ꝓpiciatio est.

Additio.

Jttera hebraica in hoc loco uerius sonat ut timearis. Et ꝓt exponi sicut in postilla. ꝛ ē ēt alius sensus ut itelligat sic. qz ꝛ tecum est ꝓpiciatio ꝛ hoc est qz tu potes remittere peccata. iō timendus est. Si. n. deus non posset peccata remittere effrenate ꝛ itrepide q; lapsi essent i uno peccato cōtinue ꝛ incessanter ulterius peccarent q̄si de uenia desperãtes. ꝛ hic sensus magis cōcordat cum lr̄a. Nō. n. dicit qz apd te solum est ꝓpiciatio ut timoꝛ sequeret ꝛ exclusio ulterius ꝓpiciationis. sz simpliciter sine exclusiõe dicit ꝛ tecum ē ꝓpiciatio ꝛ quod consonat secundo sensui.

Omine non ē exaltatū ꝛ Huic psalmo ꝓmittit talis titulus i hebreo ꝛ Cāticum graduum ipi dauid ꝛ Ex quo pȝ q; dauid fec̄ psalmum istum. Circa quod sciendum q; si cut i corpe naturali bona ꝛ mala dispositio capitis redūdat i mēbris sic meritū et demeritum principis redūdat in subditis unde ꝛ populus israhel fuit pcussus ꝓpt̄ peccatum dauid in populi numeratione. ut habet. ij. reg. xxiiij. Jdeo dauid hoc cōsideras i hoc psalmo ꝓponit coram deo meritum uite sue nō ad iactantiã sz in se recognoscens diuinã mīam ꝛ grãz ad populi sibi subditi cōseruationē sic quarto rg. xx. ezechiaſ dixit. Obsecro dñe memēto quomō ābulauerim i ueritate corã te. adipetrandum ꝓlongationem uite sue. Et quia humilitas ē fundamentū aliaꝝ uirtutum. iō i hoc psalmo magis facit mentionem de sua humilitate per hoc insinuans alia bona supedificata a deo dicit igitur. ꝛ Dñe non est exaltatum cor meum ꝛ motu superbie iterioꝛi neq; elati sunt oculi mei ꝛ i signo exteriori. dispositio. n. cordis magis apparet i oculis q̄z i ptib⁹ aliȝs ꝛ neq; ambulaui i magnis ꝛ ostendendo superbiam in facto ꝛ neq; i mirabilibus sup me ꝛ idest i trãscendentibus statum meum. ut ꝓ hoc essem in admiratione hominum qđ maxime querunt superbi ꝛ si non humiliter sentiebam ꝛ de meipo ꝛ sed exaltaui aīam meã ꝛ idest meipm̄ a parte denominando totum me ꝓ superbiã eleuãdo fiat supple de me punitio in moduz qui sequitur ꝛ sicut ablactatus sup matrem suã ꝛ a quo mater subtrahit mamillam sic a deo subtrahat̄ mihi omnis consolationis dulcedo. sed quia nolebat populum puniri ꝓpter ipm̄. ideo subdit ꝛ ita retributio in anima mea ꝛ idest fiat punitio in propria ꝑsona sic ei loquebatur secundo reg. xxiiij. Ego sum qui peccaui ego qui iniq egi. isti qui oues sē quid fecerunt. uertatur obsecro ira tua cōtra me. iō subdit ꝛ speret israhel in domino consequi bona ab ipo. ita q; occasiõe mei nō pumat̄ in aliquo ꝛ ex hoc nūc ꝛ usq; in seculum ꝛ. i. ꝓ totum tēpus futur. Moralitas autē huius psalmi ē ut principes mūdi exēplo dauid zelēt ꝓ salute ꝓpt̄i sui.

Jn psalmo. cxxx. Domine non est exaltatum. ubi dicitur in postilla. Circa quod sciendum.

Additio.

Uia in psalmis ꝓteritis multa ponunt̄ ad dignitatē eccl'e ꝓtinētia. ne ex hoc forte aliq; iactãcia oriret̄ in singularib⁹ ꝑsonis. idcirco in hoc psalmo dauid agit de humilitate sua nō iactanter sz deo regratiãs ꝛ ut ab eo alij discant. Humilitas enim i magnis uiris ꝛ uirtuosis est ꝓcipue cōmendanda. uñ Bernhar. sup missus esto me. Nō est magnū esse humilem in abiectione rara ꝓmptus ꝛ ꝓciosa uirtus ē humilitas honorata. unde dicit ꝛ Nō ē exaltatum cor meū nec exponat ꝓpt̄ in postilla. sed ubi trãslatio nostra dicit. sed exaltaui aīam meã. Jn hebreo habet̄ uerbū quod significat subiectionē. uñ lr̄a sic hz ꝛ Si nō humiliter sentiebã ꝛ subieci aīam meã ꝛ Et q̄lis sit ista subiecto subdit dicēs ꝛ Sicut ablactat⁹ sup matrē suã ablactat⁹ . n. nō ꝓsumit neq; tēptat ābulare i magnis sz semp nititur directione matris.

Ad cuius confirmationem per moduz oro
nis uel iuramenti dicit ⁊ Ita retributio in
aia mea ſcilicet a deo qui retribuēdo euz
qui ſe humiliat exaltat ⁊ ecōtra. luc. xiiij.
ca. Finaliter autē iuitans fideles ad hunc
modum uiuendi in uera humilitate conclu
dit ⁊ Speret iſrahel in dño ⁊ ideſt non in u
ribus nec meritis ꝓpriis confidat ex quo
ꝑſumptio ſupba oriē ſed in deuz ſemper
ſperet. q̄ q̄dem ſpes uera non ex meritis
ſeu uiribꝫ ꝓpriis tantū ꝓuenit ſz principa
liter etiā ex gratia.

Ꜥmento dñe dauid ⁊ titulus hꝫ
pſalmi ⁊ Cāticum graduū ⁊ Licz
i hoc titulo nō ponaē nomen
dauid tamē fuit actor hꝫ pſal
mi. ut dictuz fuit ſupra pſalmo. xxiij. ⁊ ap
parebit i ꝓceſſu huius pſalmi in quo da
uid fecit mentionem principaliē de duobꝫ
uidelicet de deuotione quā habuit de edifi
catōe tēpli ⁊ de ꝓmiſſione ſibi facta a deo
q̄ntum ad ſucceſſionē regni i filijs ſuis. de
quibus duobꝫ hēē. ij. reg. vij. primo ergo
poniē primū. ſecundo ſecundū ibi. Jurauit
dñs. prima in duas. q̄ primo ꝓponiē deuotō
dauid erga tēpli edificationem. ſecundo
circa arche trāſlationē ibi. Ꜥce audiuimꝫ
Circa primum dicit ⁊ Ꜥmento dñe dauid
cōferendo ei bona gr̄e ⁊ gloriē ⁊ oīs man
ſuetudinis eius ⁊ q̄ manifeſte patuit in hoc
q̄ ſauli ipſum ad mortem ꝓſequenti bis a
morte pepcit cum poſſet euz occidere. ⁊ q̄
plus eſt de manibꝫ uiroz ſuoz ſaulem oc
cidere uolentiū liberauit. ut hēē. j. regum
xxiiij. ⁊. xxvj. Et q̄ nō ſolum fuit māſue
tus ſz etiā ualde deuotꝫ ſubdit ⁊ ſicut iura
uit dño uotū uouit deo iacob ⁊ ſz. n. ſit deꝫ
dium generaliter. tamē dicit deus iacob
ſpecialiter q̄ uouit ei exhibere ſpecialem
cultū. geñ. xxviij. dicēs. Ꜥrit mihi dñs in
deum ⁊ lapis iſte quē erexi in titulū voca
bit domus dei ⁊c. ⁊ q̄le fuerit uotum dē
ſubdit ⁊ Si itroiero ideſt nō itroibo ⁊ in ta
bernaculum domꝫ mee ⁊ ibi habitādo i mē
tis quiete ⁊ ſi aſcendero ideſt nō aſcendam
⁊ in lectum ſtrati mei ⁊ ibi dormiendo deli
cioſe ⁊ ſi dedero ⁊ i. nō dabo ⁊ ſomnuz oculis
meis ⁊ ꝓfectum ⁊ q̄tū ⁊ donec iueniā locum
dño ⁊ i. aptum ꝓ tēpli edificatiōe. ſō ſubdi
tur ⁊ tabernaculum deo iacob ⁊ i. ut edificē
ei tēplum quod aliq̄ vocaē tabernaculuz
ſic. n. ꝓpoſuit dauid firmiē facere ſuppo
poſita tñ dei uoluntate. Nec ē ꝓ hoc itel
ligendū q̄ nullo mō itraret domū ſuam
uel lectum ſeu dormiret. ſz q̄ talia nō fa
ceret cum bona ⁊ pcā q̄te mētis donec
domū dñi opleret ⁊ i hoc exꝑmiē magnū
eiꝫ deſiderium ad domꝫ dñi cōplementum
⁊ hoc mō dz ſecundū cōem modum loq̄ndi
de hoīe multū deſiderāte finē alicuius ne
gocij q̄ nō dormiet bonū ſomnū donec cō
pleuerit tale negociū. Et q̄ dñs nolunt q̄
ipe edificaret ſz expectaret ipſe filiꝫ ſui ſa
lomōis fuit liber a uoto. dñs tñ habuit ac
ceptū eiꝫ bonū ꝓpoſitū ſecundū q̄ dz. ꝛ. fg
viij. q̄ cogitaſti i corde tuo edificaē domū
noi meo bñ feciſti hoc ipm mēte ptractā
uez tamē tu nō edificabis mihi domum ſz
filiꝫ tuus ⁊c. ⁊ Ecce audiuimꝫ ⁊ Hic ꝛnter
oſtēdit deuotio dauid i arche trāſlatiōe
⁊ ꝓmo q̄tuz ad trāſlationē factā tpe dē.
ſecundo q̄tuz ad trāſlationē factā tpe ſa
lomonis ibi. Surge dñe. Circa primum ſci
endum q̄ archa primo habuit ſtabilē mā
ſionē i ſylo ubi poſita fuit tpe ioſue q̄ erat
de tribu effrayz. ſecūdū q̄ hēē ioſue. xxiij
Cōgregati ſt oēs filij iſrl i ſylo ibiq̄ fi
xerunt tabernaculum teſtimonij ⁊ ibi fuit
archa circit ānis. ccc. ⁊. x. uſq̄ ad illud tē
pus quo capta fuit a philiſteis ⁊ portata i
terram eoz. um. ut hēē ꝓmo reg. v. ⁊ extē
nō habuit ſtabilem māſionez quouſq̄ fuit
poſita in templo ꝓ ſalomonem edificato.
ſed in terra philiſtinoz fuit tranſlata de
ciuitate in ciuitatem. ut habeē primo reg.
v. ⁊ inde remiſſa in terram iſrahel. ut ha
beē primo reg. vj. ⁊ tunc fuit poſita in ca
riachiarim ut habetur primo reg. vij. ⁊ in
de tranſlata fuit in maſphat ⁊ inde i gal
gala. ut dicit libro de hebraicis q̄ſtionibꝫ
⁊ poſtea fuit trāſlata in nobe ubi erat tē
pore ſaulis ſecundū q̄ hēē. j. reg. xxj. ⁊ i
de trāſlata ē poſtea in gabaa in domum

aminadab. ⁊ inde tranſtulit eam dauid in
domū obededon. ⁊ inde i ciuitatē dauid. ut
hēē. ij. reg. vj. Jgit dauid in tranſlatione
arche de oībus iſtis locis nō facit mētio
nem. ſz tantum de ſylo ubi fuit primo po
ſita. ⁊ de gabaa ūde cepit eā ⁊ de loco ubi
eā poſuit cum dicit ⁊ Ecce audiuimꝫ eā. ſ.
archā fuiſſe poſitā primo ⁊ in effrata ⁊ ideſt
in ſylo q̄ eſt i ſorte effraym. ⁊ iō nō acci
pit hic effrata pro ciuitate bethleem que
alio noīe uocata eſt effrata. ut hēē geñ.
xxxv. q̄ archa nunq̄ legiē fuiſſe i beth
leem ⁊ inuenimꝫ eam in campis ſilue ⁊ ideſt
in gabaa q̄ eſt in territorio cariachiarim
que ciuitas ſiluarum iterpretat gabaa. n
put hic accipiē ⁊ cariachiarim ſunt loca p
pinq̄ ut dictum fuit pleni ⁊ s. ij. reg. vj. ⁊ in
troibimus i tabernaculū eius ⁊ Jo loquit de
tabernaculo quod tetendit ei dauid i urſz
ut hēē ibidem ⁊ adorabimꝫ i loco ⁊ i. uerſꝫ
locum ⁊ ubi ſteterunt pedes eius ⁊ ꝓpiciato
rium enim quod dicebat ſedes dei erat
ſup archam ita q̄ opeculum arche erat q̄i
ſcabellum dei ſedentis ſup ꝓpiciatorium
ut dictum fuit plenius exo. xxv. hoīes āt
uenientes ad tabernaculum oīonis cauſa
adorabant uerſa facie ad locū arche ⁊ Sur
ge dñe ⁊ Hic conſequenter deſcribit tran
ſlatio arche ad templum edificatū a ſolo
mone. ubi habuit ſtabilem māſionez quā
tranſlationem ꝑuidit dauid fieri pꝫ mor
tem ſuā. iō dicit ⁊ Surge dñe in regem tuā ⁊
hoc eſt in domum a ſalomone filio meo e
dificandam ubi elegiſti ſtabilem māſionē
⁊ q̄tam ⁊ tu ⁊ archa ſactificationis tue ⁊ q̄
ſic nominatur eo q̄ continebat ſancta ſci
licet tabulas digito dei deſcriptas ⁊ uirgā
aaron ⁊ urnam auream manna plenam.
⁊ ſacerdotes tui ideſt ad tuum obſequium
deputati ⁊ induantur iuſticia ⁊ ita q̄ non ſo
lum ornentur exterius ornamentis corpo
ralibus ſed etiam interius uirtutibus ⁊ et
ſancti tui ideſt ſacerdotes ⁊ leuite tuo ob
ſequio deputati. ſanctū enim in una ſancti
ficatione idem eſt q̄ diuino cultui deputa
tum. unde ⁊ etiam ueſtes ad hoc deputa
te dicuntur ſancte ⁊ exultent ⁊ ideſt te lau
dent cum deuotione mentis in ſigno exte
riori ⁊ apparente ſecundum illud pſalmi.
lxxxiij. Cor meum ⁊ caro mea exultaue
runt in deum uiuum ⁊ ꝓpter dauid ſeruum
tuū ⁊ i. ꝓ merita eius ⁊ deꝑcationem ⁊ nō
auertas faciē xpi tui ⁊ i. ſalomonis de mā
dato tuo in regē uncti. dicunt. n. hebrei q̄
cum ſacerdotes trāſferrent archam ad tē
plū ſalomonis porte clauſerunt ſe contra
eos ⁊ cum orarēt dñm ⁊ cantarēt pſalmū
iſtū q̄ uenerunt aduerſum iſtuz porte a
peruerunt ſe ⁊ ſic uidit omis populus q̄
dauid erat deo acceptꝫ uſq̄. n. ad illud tē
pus multi de ppło tenebant ꝛium ꝓpē
adulteriū cum berſabee ⁊ homicidiū urie
Et ad declarandū q̄ illa peccata erāt ſibi
dimiſſa fuit facta illa clauſio portaz ⁊ ap
tio. ſicut dictū fuit plenius. iiij. reg. viij. et
ij. paralip. vj. ⁊ Jurauit dñs ⁊ Hic ꝛnr agit de
ꝓmiſſione ſucceſſionis regni ſpecialis dauid
⁊ primo deſcribit dicta promiſſio. ſecūdo
promiſſionis rō ibi. Quoniā elegit. Circa
primū oꝛ ⁊ Jurauit dñs dauid ⁊ i. ipi dauid
⁊ ueritatē q̄ ē ueritas prima ⁊ nō fruſtra
bit eum ⁊ oenegādo promiſſum. ⁊ quid ſit
illud ſubdit ⁊ de fructu uētris tui ponam
ſup ſedem tuā ⁊ hoc. n. ei promiſit ꝓ nathā
prophetā. ij. reg. vij. ⁊ hoc ꝓmiſſum ꝓmo
fuit ipletuz i ſalomone filio dauid qui i re
gno ei ſucceſſit. ⁊ multo pfectius i criſto
deſcendente a dauid ſecundum carnē. cuiꝫ
ſalomon figura fuit ⁊ in quo dauid re
gni accepit perpetuitatem ⁊ ſi cuſtodierint
filij tui teſtamentum meum ⁊ ideſt decem
legis precepta que deus protulit in mon
te ſynai. exo. uigeſimo ⁊. ⁊ teſtimonia mea
quantum ad alia mandata que dominus
dedit populo per moyſen ⁊ filij eoruz uſq̄
in ſeculum ⁊ ideſt abſq̄ temporis determi
natione ⁊ ſedebunt ſuper ſedem tuam ⁊ ſcili
cet regni tui. ⁊ ita fuiſſet factum ſi prędi
cta ſeruaſſent. ſed quia reges a dauid
deſcendentes multipliciter tranſgreſſi fu
erunt legem diuinam. ut patet ex decurſu
quarti reg. ⁊ ſecundi paralippo. ideo iſta ſuc
ceſſio in dignitate regni tempore ſedechie
fuit interrupta. ut habeē. iiij. reg. ultimo.

⁊Quoniam elegit⁊ Hic ponitur predicte ꝓmissionis rō q̄ fuit deuotio ipius dauid ad diuinum cultum. ⁊ iō dñs uoluit q̄ locus sui cultus esset ꝓpe dauid palatium. et hoc est quod dr⁊Quoniā elegit dñs syon ideſt montē syon ut ibi edificaret templū suum. iō subdit⁊elegit eam in hitationem sibi⁊s. n. de⁹ sit ubiq̄. dicebat tñ ibi spāliter habitare eo q̄ dabāt ibi diuina respōsa de ꝓpiatorio quod dicebat sedes dei electionē āt h⁹ loci oñdit de⁹ qñ de⁹ p̄cepit ipi dauid p gad ꝓphetā ut exstrueret ibi altar ⁊ offerret hostias ⁊ exaudiuit eū dñe i igne de celo descēdēte sup altare. ut hēt. s. palip. xxi. ꝓt quod dauid hoc uidens dixit. hec ē domus dei ⁊ hoc altare ī holocaustū i isrl ⁊c. ut hēt ibidē in pin cipio. xxij. ca. ⁊Hec r̄qes mea⁊ qz archa dō mini dē nō fuit ad aliud templum trāslata⁊ Viduā eius būdicēs būdicā ⁊c⁊. i. psōas bñtes deuotionē ad hūc locū q̄tūcunq̄s sit pui pōderis in ꝓp'o ī bonis spūalib⁹ ⁊ tē poralib⁹ multiplicabo⁊ sacerdotes eius in iduā salutari⁊. i. saluabo eos undiq̄. sicut idumētū circundat hoiem circunq̄q⁊ ⁊ sci eius⁊. i. leute mīstrātes ei deuote⁊exultati one exultabunt⁊. i. exultatōe mētis ⁊ corporis. nō p dissolutionē sz p deuotionem. ⁊Illuc ꝓducā cornu dauid⁊. i. dignitatē regiā ipius plōgabo ī filijs ꝓpt ipm. ideo subdit⁊paui lucernā xp̄o meo⁊. i. meoziam regni ipi dauid. uñ. 3 reg. xj. ubi agit de trāslatione decē tribuū ad ꝓheroboā dr de roboam⁹ nepote dauid. Filio autem ei⁹ dabo unā tribum ut remaneat lucerna dauid seruo meo ⁊c. ⁊ simile uerbum dr de pluribus regib⁹ a dauid ꝙscēdentibus q̄ ꝓpt peccata sua meruerāt destructionez regni q̄ nō fiebat ut remaneret lucerna dauid. ⁊inimicos eos iduā cōfusione⁊quod factuz fuit tēpore dauid ⁊ salomonis ⁊ plurium aliozum regum a dauid descendētium qñ bene se habebant ad cultum diuinum. ut patet de ezechia. cuius tēpore angelus dñi pcussit centum octogintaq̄ milia ī castris sennacherib ⁊ fuit compulsus fugere cum confusione. ut hēt. iiij. reg. xix. Super ipsum autem⁊quantum ad personam eius ⁊ domū ipius⁊efflorebit sanctificatio mea ideſt unctio regia que durauit usq̄ ad sedechiam. Jn hebreo habetur⁊ lucerna corona mea⁊quod pōt itelligi de corona regni mateīal q̄ erat d auro ⁊ gēmis fulgētib⁹

Jn psalmo. cxxxj. ⁊Memento domine dauid. ubi dr ī postilla. Circa primū dicit

Additio.

Salmus iste continuatur cum precedenti sic. Jn illo enim dauid fecit mētōz de humilitate sua petens a deo retributionem huius humilitatis in anima sua dicēs Jta retributio in anima mea. prout exposītum est in additione psalmi precedentis Jn hoc autem cantico dauid declarat quo modo deus exaltauit illum in premium p̄ dicte humilitatis promittendo ei cristum uenturum de semine suo. eo modo quo abrahe in premium ymolationis filij sui p misērat q̄ in semine suo scilicet cristo benedicentur omnes gentes. geñ. xxij. ca. Circa quod psalmista duodecim facit. Nam primo ꝓphetizans per modum orationis dic⁊Memēto dñe dd ⁊ oīs māsuetudis ei⁹⁊. ne ēmīscaris eū remūerare p sua hūilitate ⁊ māsuetudie. Cōsequēt secūdo ītp exordiri. promissiōez illā de xp̄o ab eo descēsuro digressiōz faciēs a ꝓpoito suo cca edificatōz tēpli. Cū rō ē. nā ptūc fuit sibi hoc ꝓphetatū p nathā ut p3. ij. reg. ⁊ de illa hystoꝛ agit usz ibi. Et sci tui exultatōe exultabt ⁊ exponāt uersus ītermedij sic ī postilla. Cōsequēt tcio q3 ēt illa q̄ sē a deo ꝓmissa qñq̄s requrūt oziones scoz ut ope ipleant. idcirco oziat ne ipediat pdca ꝓmissio. ⁊ de hoc dic⁊pp dd seruū tuū ñ auertas faciem xp̄i tui⁊. i. ueri xp̄i q̄ āthonōatice dr xp̄s dei. hec. n. uerba. ñ auertas faciē xp̄i tui. ñ posst rōnabilit itelligi de salomōe. nam si salomō ñ regnassz ualde ipzope dret q̄ ipe salomō auerteret faciē suā a regno. sz potiꝰ q̄ ignū auertez faciē suā a salomōe ⁊ secūdū hūc sensū debuissz dicere. pp dd seruū tuū ñ auertas faciē ignī a xp̄o tuo

Quod autem hic fabulantūr haberi de sacerdotibus trāsferentibus archam ad tēplum salomonis ⁊c. fictitium est. Nō enim habet fundamentum in scriptura nec ē uerum q̄ populus non credebat fuisse dimissum ipsi dauid adulterium ⁊ homicidium usq̄ ad tempus trāslationis illius arche. tum q1. z. reg. ultimo. fuerunt signa manifesta q̄bus totus populus debuisset credere q̄ deus acceptauerat sacrificia ⁊ holocausta oblata ab ipso dauid quod nō fuissz ipso nō existente in gr̄a. tum q2 salomon filius bersabee cum q̄ dauid cōmiserat adulterium fuit assumptus in regnum ⁊ approbatus a deo de aliis fr̄ibus exclusis. quod esset ualde iconueniens si peccatum patris ⁊ mr̄is non dum fuissent dimissa. nec esset uerisimile q̄ hoc non fuisset obiectum salomoni nouiter regnanti ꝓpt'm uel aduersarios. Consequenter quarto dicq̄o sua oro fuit exaudita dicens. Jurauit dñs dauid ⁊c⁊quod non debet intelligi de sucessione salomonis in regnū. Primo q2 in illa hystoria in qua agit de dimissione nathan ad dauid ubi fit mētio de successione filij dauid in regnū patris que habet in duobus locis. s. ij. ⁊g. vij. ⁊. s. palip. xvij nunq̄s legit q̄ deus iurasset sup tale successionem sed solum hoc simpliciter legit fuisse ꝓphetice denunciatuz ut p3 ī utroq̄ capitulo pdicto x. uñ cū hoc dr. Jurauit dominus ⁊c. ⁊Nō ē referendū ad ꝓphetiā nathan ubi nullū iuramentū ītercenit. Secūdo q2 ualde iconueniens uidet q̄ sup successionem salomonis in regno tēporali et caduco deus tā firmiter iurasset. tum q2 plurimi reges regnāt ex ordinatione uel ꝓmissione diuina sine tali iuramento. Idcirco potius dicendum ē ⁊ uerius q̄ hoc iuramentū fuit factum ipi dauid sup aduētum xp̄i de fructu uentris sui qui fuit inter ꝓmissa diuina. quod concordat ꝓprie cum illa hystoria. geñ. xxij. ca. ubi cuz de⁹ inter q̄dam alia denunciasset abrahe q̄ in semine suo būdicerent gentes. quod itelligitur ad lr̄am de xp̄o ītерposuit firmum iuramentū dicens. Per memetipm iurauidicit dominus ⁊c. sup quod apostolus ad hebre. vj. reddens rōnem q̄re de⁹ abrahe iurasset sic dicit. in quo habundantius uolens deus ostendere pollicitationis heredibus imobilitatem consilij sui interposuit iuramentū. Ex quo patet q̄ ex maxima excellentia rei promisse deus interposuit iuramentum quod tamen ñ cōpetit regno salomonis tēporaliter ut de se patet. Si āt dicatur unde habetur auctoritatem istud iuramentum cum hoc non inueniat in capitulis supra dictis ubi de successione regni dauid agitur. Ad hoc dicendum q̄ sufficit auctoritas ipius dauid qui magnus et egregius psalmista fuit in israbel. ut secūdo reg. xxiij. capitulo. Manifestum est. n. q̄ sepe euangelista de una ⁊ eadem retrahantes quidam explicant aliqua que ab aliis fuerunt ꝓtermissa. Potest etiam rationabiliter dici q̄ nathan qui non erat tanti gradus in prophetia fuit reuelata successio salomonis tantum que figurativa erat successionis cristi. super quam iuramentum interuenit propter arduitatem ⁊ magnitudinē rei promisse. Cōcordat etiā cum hoc q̄ legitur supra in psalmo de sacerdotio cristi. Jurauit dominus ⁊ non penitebit eum tu es sacerdos in eternum. q̄ quidem iuramentum non legitur in aliis hystoriis prophetiis ⁊ tamen credendum est firmiter ex testimonio ipius dauid q̄ de⁹ hoc iurauit ꝓpt magnitudinez excellentie talis sacerdotij. Consequēt quinto ītерponit illa q̄ fuerūt denūtiata p nathā ipi dauid q̄ ptinent ad salomonē ⁊ etiam ad alios successōres. ⁊ hoc cum dicit⁊Si custodierint filij tui testamentū meū ⁊c⁊ ⁊ exponatur sic ī postilla. Nec ē necessariū q̄ ista iudicent sub iuramento s dicto. sz solū fuit successio xp̄i sub iuramēto ⁊ sine alq̄ cōdictiōe prout dictum ē uallata. Illud āt q̄ seq̄t Si custodierit filij tui. ē additū ad ꝓpt'm ꝓphetizat p3 ī līa. Cōsequēter sexto ne q̄s putarz q̄ cā pncipalis h⁹ iurate promissionis fuisset meritū ipius dauid eo q̄ dixerat. ꝓpt dauid seruū tuū ⁊c. idcirco cāz uerā h⁹ mōi reddit dicēs⁊Quoniā elegit dñs syon ⁊c⁊

